






2
6
215










MOLINI F., DE Brachio seculari Ecclesiae ... Bareindie, 1607



FRANCISCI MOLINI

PATRITII ET IVRISCONSVLTI ILERDENSIS ILLIVS OLIM ACADEMIAE FLORENTISsimæ post patrem Petrum primariȩ functionis canonice professorem Cȩsarei iuris interpretem.

DE BRACHIO SECVLARI ECCLESIAE PRAEstando, & mutuis iudicum auxiliis celeberrimi Commentarij.

IN TRES LIBROS DISTINCTI.

HIS ACCESSIT LIBER SINGVLARIS DE SACRA HOMICIdio amittenda immunitate nec ne, hac secunda æditione omnibus quotquot contingere posint homicidij casibus auctus, locupletatus & mendis expunctus.

PAREMIA DICTVM.



Anno 1607.



Vino Vendibili suspensa non opus hedera esse.

CVM LICENTIA, BARCINONE.

Apud Ioannem Simon. Anno. 1607.

SANCTISSIMO AC BEATISSIMO PATRI PAVLO QVINCTO D. N. Pontifici Maximo.

FRANCISCVS MOLINVS sempiternam fœlicitatem.



IC improbis hominum moribus, sanctissime pater hodierna eademq. ipsa infœlicissima tempestate comparatum, vt pia & omnium mater ecclesia (lugens dixerim) vti improba nouerca despiciatur, exauthoretur indies & ab spurcissimis gentibus nationibusq. spernatur & contẽpnetur, Nunc impÿ in ecclesiam matrem audaces & impias & in illius sacros ministros manus iniiciunt, fœde conturbant, tumultuantur: Angliam Lues, Germaniam fere totam pestilentissima occupauit, inuasit Galias, & ingemescens orbis Italia ora extrema. Deus

autem Maxi. qui suis sua queque tẽporibus remedia comparat, ingruentibus malis, audaculis, & sceleratissimis distringendis duces excitat, ut sacrosancte matris ecclesiæ iussa obedientiam, & decreta spernentes, saltim timore & pœnis adacti illius gremium, leges, & prescripta amplexentur & suscipiant; Sanctissimum te Quinctum Paulum in summũ ecclesiæ suæ bonum Christus euexit, qui sanctitate tua, ingenio, & eruditione tot malis et calamitatibus obuiares, perniciosos et inobedientes depelleres, male multares, gratissimos ecclesiæ amplexareris, susciperes filios, subiectis parceres, superbos depelleres: Sic multa ruinam minabantur & infœlicem exitum, tua autem sanctitate & singulari prudentia, paucis adhuc quibus summi Dei Vicariatum in terris gesisti moderata fuere annis, labentes erexisti, concusisti perfidos, audaces compresisti populos & obedientiam Romanæ ecclesiæ abnegantes, decreta spernentes spirituali percusisti mucrone: Tuam in rebus agendis agnouere omnes dexteritatem, demirantur, colunt

& laudat: Ego autē qui nullius ſimpretij nullius æſtimationis, qualiſcunque autem Chriſti vineæ mercenarius, quid hiſce temporibus in vineam excolendam aptius foret animaduertens, deſtitutam ope & opibus vineam dom mini ſuſpiciēs, nihil eam magis quam ſeculari Principū et regū ope et brachio iuuari poſſe crediderim; laboraui et Cōmentaria ædidi de brachio ſeculari et mutuis iudicum auxiliis Tuæ autem (et plus nimio audaci parce) ſanctitati dicaui, vt quæ impolite ruditerue conſcripta ſint, tui ſanctiſsimi nominis ornamento decorentur. Munuſculum benignius amplexare ſic et aliaque cudentur illico fœliciſſimis claudentur auſpiciis, et tui ipſius ſanctiſſimi Pauli Quinti nomine permanebunt et extollentur. Vale fœlix et in ſacroſancta eccleſiæ bonum Romanæ ad Næſtoreos vſque annos viue. Barcinone Calen. Decembris.

¶ 3 EGO

EGO Petrus Aegidius Doctor Theologus societatis IESV, ex cõmissione admodum Illustris.& Reuerendissimi D.D. Raphaelis de Rouirola Episcopi Barcinonensis legi hũc tractatum, qui inscribitur (de brachio seculari Ecclesiæ prestando & de immunitate Ecclesiæ,&c.) a Francisco Molino iureconsulto, compositum. Nihilque in eo reperi quod catholicę fidei, aut bonis moribus repugnaret. Quin potius censeo doctrinam in eo contẽtam, ab eodemque auctore diligenter, erudite atqne sapienter traditam, fore omnibns iure consultis vtilissimam. In quorum vtilitatem conueniens esse iudico vt imprimatur, Dat. Barcinone, in nostro Collegio sanctę Mariæ de Bethleem Societatis Iesu, die 6. mensis Ianuarij anni. 1606.

Petrus AEgidius doctor Theologus Iocietatis IESV.

TABV-

TABVLA CAPITVM QVAE IN HIS TRIBVS libris de brachio seculari ecclesiæ prę-stando & mutuis iudicum auxi-lijs continentur.

§ 4 CA.

LIBER

LIBER SECVNDVS.

§ 5 muni, an

LIBER TERTIVS.

CA.



INDEX

INDEX NOTABILIVM QVAE IN HOC-
tractatu de Brachio seculari,
continentur.

Primus numerum, Secundus Folium indicat.

Anima

Armo-

B.

Bellum

¶¶ Cau-

CANONES DECRETI, ET capita iuris canonici non vulgariter declarata.

Cal.

Cognitio

D.

Delicta

XII

¶¶ 4 Dida.

Episc.

Exe.

sæ cog-

F.

Formam

capit

Iudi-

Iudex

¶¶¶ *mittere*

Laici

XIX

Obe-

XX

O.

XXII

R emiss.

Remis-

Statuta

XXIV

ERRATA

Beneuole lector tuo poteris ſenſu nonnulla reformare leuia grauiora enim eſt quæ aures offendunt inquirimus, primæ huius impreſsionis incuria calcographi traducta.

PAgi.9.linea 20.& de 11.li.30. inſuitionem intuitionem.
16.li.4. cur cui.
20.li.12.animaduertendum attendendũ.
29.lib. 8. condendo condende.
29.li.16.Eccleſiaſticis eccleſiaſticus.
29.li. 19. iniqui ex qui.
33.li.3.epreſſsimo expreſſim.
34.li.27.reſpicit reſpuit.
35 li. 19. cuſtodiendum cuſtodiendam.
39.li.28.miſeratur inſeratur.
42.li.6.delegato delegatis.
47.li.8. exemplũ exẽptũ.
47.li. exemplũ exemptũ.
50 li.28 im cumtionibus incurtionibus.
62.li.23.conſultus conſultius.
63.li.12delatam delatũ.
65.li.1. rerum reum.
69 li finali, arbitrari. arbitraria.
70.li.22. extimat exiſtimat.
72.li.8.iubeãtur iubẽtur
79.li.11.ſaria neceſſaria.
79 li.21.Rebuff Belluga.
80.li.25.diſtringuere diſtringere.
89.li.30.eum enim.
95.li.25.eandem eadem.
97.li.31.ſũmus ſummos.
99.li.31.laicus locus.
103.l.23.tollintor tollitur
103.li.28.rbẽbũ rhombũ.
107.li.1.Grabiel Zabarel
107.li.15.Alleued.Atzebe:in l.14.
112 li.24. iurare.iauare.
112.li.27. exterminum exterminium.
123.l.10, ractaſſe arctaſſe
125.li.22. adunurſum aduerſum.
160.li.23. nenegari.denegari,
166.li.27.ſatellitius.ſatellitibus.
175.li.1.memoriæ memoria.
177.l.12.bellocusbellouis
177.li.18. renũtiant renunciat.
180.l.28.cõſentio cõuẽtio.
183.l.5.ſuſtineat ſuſtineri
185.l.vlti.habeat habeat.
187.l:25.iuſticis iudicis
195.li. 2. excidẽtis excedentis.
195.li.18.ſuperiore. Superior.
202.li.13.indicet iudicet
206.l. penul.interpelaum interpellatum.
206.li.4.furſere furere.
215.li.20. exrra extra.
215.li 28, docticiliij domicilij.
215.li. 30. hominib. homicid.
216.li.30.hic ij.
217. li. 30. ſuperipribus ſuperioribus.
219.li. 13. ſed ab eadem remiſsione ſed ab eodem remiſsionem.
220 l.11.requirẽte requirentem.
237.li. 5 propinate preparate.
237.li.16.ſuindeſubinde.
237.li.31.crimidiscriminis.
258.li.6.quod quid.
229.li. 16. collectro collectio.
259.l.8.grauioragrauiori
261.l.14.grauiorgrauiori,
261:li.21.ſteliſta delicta
281.li 9. quiſtem quidẽ
347.li 9.admittatur admittitur.
348.l.15.aqualitate qualitate.
350.li 20, interpretata interpretatã.
351.4.li ſuo ſi c.
335.li.1.Cathari.Carthari.
357.li.22 preueditatus premeditatus.
358.li.6.ſubterfu ſubterfugio.

FRANCISCI MOLINI IVRISCONSVLTI ET PATRITII ILERDENSIS, ILLIVS olim Academiæ florentißimæ cæsarei iuris interpretis de brachio seculari Ecclesiæ prestando, & mutuis iudicum auxilijs.

SVMMARIVM.

1 *Dei Maximi omnipotentia in mundi creatione.*
2 *Luminare majus, poteſtas Pape, minus Regum.*
3 *Elementa à ſole claritatem mutuant.*
4 *Dignitates multæ in terris, ſicuti in cœli ſimagines.*
5 *Eccleſia vna & vno regitur Diuino ſpiritu.*
6 *Caput Eccleſiæ vnum.*
7 *Pontificum Romanorum geſta inſignia, & poteſtas.*
8 *Regia poteſtas apud Romanum Pontificem.*
9 *Pontificæ & Regiæ Poteſtates vnitæ.*
10 *Reges, filij ab Eccleſiæ Pontifice nominati.*
11 *Filius patrē lege naturæ defendre & eidē auxiliari cogitur.*
12 *Filius patrem non auxilians, veluti parricida damnatur, & noua ratio adducitur auxilij brachij ſecularis.*
13 *Cæſaris & reges, vti filij Eccleſiæ eidem auxiliari tenentur*
14 *Auxilium Eccleſiæ denegantes, excomunicanter.*
15 *Reges vti filij chariſsimi in patrem, ſic in Eccleſiam.*
16 *Eccleſia benignius agit.*
17 *Eccleſia aliquando paralitica ex monacho.*
18 *Brachia duo Eccleſiaſticum & ſeculare.*
19 *Anima corpore preſtantior.*

DE ORIGINE, CAVSA ET ratione ſecularis auxilij Eccleſiæ præſtandi non hucuſque ab aliquo tradita iucunde ad ſeruntur.

CAP. PRIMVM.



1 T Cunctis D.† M.incomparabilẽ ſummamque potentiam patefaceret &tantæ diuinitatis radios perfulgentes oſtẽderet vt ex illius ſaltim operibusagnoſceretur ſicuti Diuinus cecinit pſaltes. Cœli enarrãt gloriam Dei & opera manuum eius annuntiant firmamentum Prima.(fert Moſes) die lucem ædidit,& tenebras diiunxit ne obſcura caligine lucis ſplendor poſſet deturpari. Secunda tellus aquaſque diuiſit,vt celeri pede nulla aquarũ precipiti voragine ſubducti humum homines excolerent & deambularent.Germinare ſemina,virentes herbas,& olera producere terram, Tertia iuſsit die.Luminare maius & minus,Quarta creauit, majus vt præeſſet diei,minus vt tenebroſas paululum perluſtraret noctes,ne oculorum & cœli orbate lumine gentes,ſcopulos oſtenderent & in profunda baratra præcipites ruerent.

2 Non† inconcine intellexere veteres luminare maius ſolemque Ipſum poteſtatem & ditionem affore Chriſti viccarij Roma.Pontificis: luminare minus regum & Ceſaris. cap.ſolite de maior.& obe. Splendidiſsimus autem ſol tanto & tam eximio illuſtratus ſplendore,refulgentia non potuit

tuit certis cõtinere finibus radia:ſtellas,errãtia,ſidera,& lunã perluſtrat.Sed & viam lacteam(Greci Galaxiã dicunt.)

3 Quæq; ſint † illa ab ſplendidiſsimo mutuant ſole claritatem, cœlorum imagines,Saturnus, Iouis,Mercurius Venus,Mars,Plane vti in cœlo diuerſæ Imagines radiantes,in

4 terris tot † & tam magnæ dignitates à Deo creatæ, radijs pontificiæ veluti fulgentiſsimi ſolis corruſcant. vt ficut ab vno lumine & clariſsimo ſole, luna & ſtellæ ſplendorem cõſequuntur,à Chriſti vicario ditiones,poteſtates omnes & Imperia terrena fœliciter decorantur.

5 Et † vt vna Dei eccleſia eſt, vno regitur diuino ſpiritu, vna etiam poteſtas eſt,cui alias ſubijci neceſſe vt in corpore eodem,membra capiti obediant,omnia:Noe archa diuino compacta Iuſſu, hominibus & animalibus ſimul vitã cuſtodit,que,alioquin inundatione perierãt,Chriſti eccleſia,vno illius nauclero Põtifice Maximo,ſcopulos, charibdim,& ſyrtes vitamus.

6 Vno † igitur corpori vno capiti(duo enim eſſe nequeũt) Pontificiæ ſubijciuntur omnes poteſtati.

7 Sic † antiquitus Zacharias pontifex Galiarum regẽ, regno inutilẽ Ludouicum, deponit & Pepinum Caroli Cæſaris patrem ſubſtituit. ca. alius 15. q. 6. Stephanus ſecundus a Grecis in Germanos imperium tranſtulit ca. per venerabilem de electione. Alexander tertius dirum & elatum Barbaroſſe animum cõfringit & calcat proſternit ſuperbiam. Innocentius quartus Federico ſecundo in Lugdunenſi cõſilio Imperium adimit,illius Turingiæ Comiti locum concedit. Gregorius ſeptimus Henricum Cæſarem nominat quo depoſito Fedricum eligit ſecundum.Innocẽtius quartus Luſitanorum regi quod bonorum omnium delapidator foret & prodigus,ſocium dedit neque ipſum niſi aliorum conſilio regere ſinit.

8 Non † ipſe dubitauerim regiam in Romano Pontifice vti in Chriſto Domino aſſore poteſtatem quam non fre-

quentius aut paſsim excerſeat, ſed cum non aliud aut ab a-lio fieri poſsit.

9 Paterna † igitur necte compagine Pōtificia & regia ma geſtas, filios reges appellare ſoliti ſunt. ca. intellecto de Iu. Iuran.

10 Neq; † meliori nomine honorari potuerunt ca. conuenior 23.q.8. Rebuff. in concordan. in prefatione, verbo ec cleſiæ filios. vt filios corripit ca. quanto de Iu. Iuran. arguit hortatur ſepius ca. principes ca. regum officinm ca. admini

11 ſtratores 23.q. 5. † Plane & lege naturæ filius patrem deffendit & auxiliatur l. vtrum ff. ad l. pompe. de parricid. Ni-

12 ſi † fecerit vti parricida dānatur d.l. vtrum Ia. de Aret. ex illo tex. in l. 1. §. diuus ff. ad l. cornel. de ſicar. Bal. in l. 2. q. 2. C. vnde vt idē in l. cum accutiſsimi C. de fidei. Bar. Alex. Iaſ. & Deci. in l. vt vim ff. de Iuſt. & Iur. alios recēſet Carre. in prac. crim. §. quinto excuſat nu. 32. innumeros Farina. in qq. e-

13 rim. lib. 2. Queſ. 51. nu. 26. & ſeque. Sic † ſane Cæſares regeſque quos ſacra Dei eccleſia peperit, eidem & illius Romani Pontifici ſicut filij opem ferre, iuuare opitulari tenētur: niſi fecerint iuſtè interpellati, vti parricide & ingrati filij exterminari & ab eccleſię limine ſuffragijs & ingreſſu interdici poſſunt, vt nos ſuo loco infra, quam & ſi nouam rationem veram tamen a nullo hucuſque animaduerſam

14 omnes viderim probaturos. Sed † & ſeuerius aduerſus ſeculares Iudices agit eccleſia auxilium abnegantes. Quod eos excommunicationis gladio perſequatur ca. 2 de maledi & infra latius.

15 Porro cum † vt chariſsimi filij Cæſares & principes omnes in Dei eccleſiam & illius pontificem ſeſe gerere debeant a qua ortum habuere ca. quando 3. q. 4. impium ſane & ab omni Chriſtiane religionis alienum foret obſequio, tumuluantem deſerere eccleſiam, aut iuſte aliquid preçipienti auxilium denegare ca. ſi eccleſia. 24. q. 4.

16 Cū † igitur Eccleſia quæ benignius agit, clericos vel lai-

cos

cas nequeat Iusta animaduertione sepius choercere secularem auocat potestatem & illius opem implorat, vt quæ sacris pię ecclesiæ institutis & traditionibus statuta fuere, executionem consequātur canonicam d.ca.principes ca.1.de offi.ordi.ca.dilecto de sen.excom.in 6 ca.postulasti de hō. ca. vt officium §. compescendi de hæret. in 6. c. 1.ad fi. de statu Monacho.con.Trid. c.8.de refor. sessio.24 & ca.5.de refor.sessio.25. ca. significasti de offi.deleg.& lex nostra regia ca. 1. de Inuo.del bras secular. Dixit † facete ad Mona.
17 Prob. in ca. 1. de stat.regul.nu.fi. Ecclesiam aliquando paraliticam fieri, & alterius vt pedibus eat auxilium implorare.

18 Plane † sicut duo ex humano corpore captantia collum (vt Ouidius cecinit) brachia fluunt, ab Ecclesia militanti, dexterū & sinistrum alterum digreditur; dexteram sacerdotium, sinistram secularis tenet sedem potestas can.duo sunt 12.q.2 extra.vnam sanctam de maio. & obedi.in com mu. † Equidem vti anima corpore prestantior, est, tanto
19 dignior sacerdotij dignitas seculari cā.duo sunt 96.disti. ca. solite de maior. & obedien.hęc obsequi, parere, obedire, superior Iubere, mandare, ca. benequidem ca.si Imperator. 96.disti.cap.Ecclesia sanctæ Mariæ de consti.ca.cum laicis de rebus.Eccle.non alienan.

SVMMARIVM.

1 *Brachij secularis necessitas in Ecclesia.*
2 *Crimina atrociora nisi brachij secularis auxilio coherceri minime possent.*
3 *Laici sæuia admittentes, nisi auxilio bracbij secularis mulctari minime possẽut.*
4 *Iudices Ecclesiarum sententias suas nisi brachio seculari inuocato non recte exequerentur.*

QVAM NESSARIVM SIT brachij secularis auxilium, & illius summa vtilitas in Ecclesia.

CAP. SECVNDVM.

1 Isi brachij † secularis opē Ecclesia postularet, ingētia sane mala orbē & vrbes inuaderēt. Christiana periclitaretur respublica & Dominicū Gregē lupus rapax peruaderet, nō tuta Ecclesia foret, Ecclesiastica penitus periret Iurisdictio mala & hereses quæ supramodū hac tēporū infœlicitate irrepsere, iusta cohertione minime multarētur ca. 1. §. cōpescētes de heret. in 6. cuius verba hæc. In versi. Deniq; vt circa præmissa plene vobis & singulis vestrū cohertionis expedita ad sit authoritas, volum9 vt ea omnia viriliter exequamini si opus fuerit inuocato auxilio brachij secularis, cōtradictores per cēsurā Ecclesiasticā appellatione post posita cōpescēdo &c. Hucusque tex. ille.

2 His † addiderim nec clericos qui sepius atrociora admitūt atrociores non posse pœnas sustinere vbi secularis subsidij defficeret auxiliū, testāte Cęlestino Pō. Max. in c. cū nō ab homine in vers. post modū vero. vbi hęc verba. Post modū vero si in profundū malorū veniens cōtēpserit, cū Ecclesia nō habeat vltra quid faciat ne possit esse vltra perditio plurimorū, per secularē cōprimendus est potestatem &c. Hęc Cælestinus. Hinc & degradatio ipsa clericorū nisi in subsidiū est vbi Ecclesia nō aliud possit c. 1. de pœnis in 6. Tunc autē nō posse dicitur cum iustam delicto patrato pœnam infringere nequit. Quemadmodum Tudis. explicauit in ibi & alij post. extremo & pulcre Alciat. nu. 29.

3 Tertio † nec cū laici qni deteriora sectantur & in Ecclesiastica inuerecūde sæpius crimina dilabūtur, iusto possēt dānari

nari ſuplicio vbi ſecularis deficeret auxiliũ poteſtatis ca. 1.
4 vbi omnes tirmatim de offi.ordi.Extremo,nec † Eccleſię Iudicum arreſta executionem conſequerentur niſi ius & auxilium ſeculare poſsit inuocari d.ca.principes d.c.admi-niſtratores ca.1.de offi.ordi.ca.dilecto de ſenten.excom.c. 5.de refor.ſeſsio.25.pie igitur ſacroſancta Dei Eccleſia ſta-tuit ne ſacerdotes ſtatus ſui refulgentem & diuinam obliti dignitatem qui in ſcelera & crimina ſubmerſi ſe ipſos fœde deturpant & inficiunt, Eccleſiaſtica ſpernentes præcepta, quando in Eccleſiam delinqunt, illius perfrui poſsint im-meriti priuilegijs, vt in his quæ infœliciter peccauerint de-teriores effecti, iuſtius puniantur.d.ca.cum non ab homine ca.4.de refor.ſeſsio.23. Hæc auxilium implorare ſeculare commoda conſequntur quæ vti diuinitus inſtituta religio-ſe cuſtodienda.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium brachij ſecularis preſtandum, vbi opus ſit illo.*
2 *Auxilium brachij ſeculari niſi in ſubſidium datur.*
3 *Malis extremis, extrema remedia.*
4 *Iura de brachio ſeculari loquẽtia, clauſula ſi opus ſit vtuntur.*
5 *Auxilium brachij ſecularis non conceditur, niſi prius de excõ-municatione & regrauatione conſtet.*
6 *Auxilium brachij ſecularis plumbeis pedibus preſtandum.*
7 *Segurę & Salzedi opinio aduerſus communem.*
8 *Seguræ argumentatio aduerſus communem ex c.1.de offi.or-di.& alijs Iuribus.*
9 *Clauſula ſi opus, ſit vel neceſſe ſit, in qualibet Iudicij parte ve-rificatur.*
10 *Seguræ opinio improbatur.*
11 *Clauſula, ſi opus ſit, extremum deſignat auxilium.*
12 *Dictio præterea, extendit.*
13 *Dictiones præterea, poſtea, & his ſimiles, interuallum indicãt.*

QVAN-

QVANDOCVNQVE AN liceat Iudicibus Ecclesiasticis brachium seculare implorare, an tantum in executione sententiæ.

CAP. TERTIVM.


Redidere nostrates & quot quot in hanc conuenere sententiam, non quandocunque & pro arbitrio brachij secularis auxilium postulari, sed cum opus sit, ca. 1. de offi. ordi. ca. vt officiũ §. compescendi de heret. ca. dilecto de sen. excom. ca. postulasti. de homi. ca. 2. de maledi. & paßim alia sanctißimorum decreta quæ his verbis & clausula loquntur.
Hinc docuere † scriptores auxilij huius deprecationẽ secula
ris in subsidiũ dari, neq; nisi in extremo petẽdã, sicut enim
2 extremis † morbis (vt in veteri adagio est) extrema remedia
solẽt adhiberi, sic sane cũ executio Ecc. nequit fieri discipli
3 næ ob trucẽ & impiam reorũ proteruiã siue clerici illi sint
vel laici, extremũ remediũ adhibẽdũ, & potestatis secularis
auxiliũ inuocãdũ nõ aliter. Inn. And. & Imo. in c. significasti
de offi. deleg. Bal. in l. 2. ex eo tex. C. de his qui lat. occul. Pa-
nor. in ca. 1. de offi ordi. Dñi. & Trã. in d. ca. vt officiũ §. com
pescẽdi de hæret Felin. in ca. dilecta de maior. & obed. Ber.
in ca. significasti nu. 24, de offi. dele. vbi idẽ Panor. in ver. ex
hoc infertur. Feli. n. 4. Dec. n. 5. Boe. deci. 264. Prob. ad Mo-
nach. in c. 1. n. 14. & sta. regul. & n. 23. & 24. Bonif. in clem. 2.
de reli. Do. Bal. in l. 1. C. de his qui latro. occul. Oltra. cõ. 89.
Affli. in cõs. reg. in prefatio n. 54. Alciat. d. ca. 1. n. 127. de of.
ord. Bos. in pract. crim. rub. de inuoca. brac. secul. 1 nu. 1. Lã-
frã. in clem. dispẽdiosã de Iudi. Ro. in cõ. 51. vbi Mãdo. ad
eum Cagno. in l. cũ quędam n. 33. de Iuris. om. Iudicũ Mar
sil. n. 119. prac. crim. §. post quã Portole. in Scho. ad Molin.

 §. Iu-

§.Iudex.nu.95.vbi Mãdo.& Mẽno.adfert Azebed.in l. 15. nu.1.& 2.tit.1.lib.4.And.Gail.lib.1.obseruat.115.nu.2.ad mediũ Rolã.cõ.37.nu.5.vbi ex Afflicto scriptum relinquit hanc receptiorem fore apud nostros opinionem.

Addit ille authoritate Fedri.de sen.cõ.25.ad fi. Inuocari auxiliũ seculare nõ posse nisi Iuris ordine vt cũ Ecclesiastica Iurisdictio sua prestitit neque amplius posit.

Neq;a cauda(hæc illius verba)inchoãdũ sed a capite.cũ
4 Iura de brachio seculari loquẽtia † dixerint. † Si opus sit vel necesse est,vt in c.1.de offi.ordi.

5 Calcanei rursus cõsiliũ adduxit.cõ.119.vbi scripsisse ait,† nõ auxiliũ peti seculare nisi prius de excõmunicatione agrauatione & † reagrauatione appareat(sũt illius verba,)& quod
6 effectus fuerit incorrigibilis antequam tale brachiũ impetretur. Probus † autẽ ad Mona.supra pedibus plũbeis nõ celeriter hoc auxiliũ petẽdũ docuit.Nata cõ.529.a n.1 Marã. disputa.1.nu.26.Antho. de nig. in cõsti.re.subditorum nu. 167.& sequent.

Quintili Mẽ.in prac.comiss.forma 2.in versi. auxiliũq; Meno.in cõme.de retin.pos.remed.3.n.359.qui alios Zanc.de priuil.cul.priuil.44.n.2.Bere.cõ.5.n.13.& cõ.3.n.4.Ex Hispa.scriptoribus Ioan.Lu.in cap.per vestras de dona.inter vi. & vxo.nota. 5. §.sed est pulchra duli.fo.nu.17.Dida.Couar. in prac.qq.c.10.n.1.Redin.de Maies.princ.in verbo sed per legitimos tramites nu.142.Auil.in c.prætorũ.c.20.in glo.vsurpẽ n.14.Gõsal.de Paz in prac.2.to.c.3.n.18. Azeb.ad 4. lib. nouæ cõpil.to.2.lib.14.n.15.qui aliqua de huius modi auxilio scripsit.Et ex his quos citerior hęc Hispania peperit Bellu.vir impẽse doctus is tẽporibus Imo.& Rom.quorũ fuit discipulus (vt idẽ asserit) floruit,in eãdẽ nõ obscure cõcẽdit sẽtẽtiã,in specu.princi.Rubrica 11.§.& quę dicta n. 2.Anthoni.Olibã.Regiæ huius vrbis senator eruditus,& olim Ilerdę charissimæ patriæ præceptor in cõme. vsat.aliũ namque cap.15.nu.52.vers.quamobrem, brachium seculare

lare est extraordinarium. Ego ipse trac. de rit. nup. & pac. in matrim. conuen. lib. 2. desse. 10. nu. 75. 76. vt nefas videri possit ab hac discedere opinione:

Sed cum natura comparatum vt proni ad discentiendum homines. quæ multis placent, ipsi soli spernētur, ex Hispani
7 cis† duo neoterici certe † eruditi, sententiæ minime ad stipulantur, Didacus Segura in libello quem directorium inscripsit Iudicum Ecclesiastica. 2 parte ca. 13. nu. 37. & qui eundem sequitur. Salze. in quibusdã annotatio. ad prac. Di. de luco canonicam ca. 140. nu. 4. qui plus immo audaces quod hallucinari Panor. & omnes dixerint, Iudicem existimãt pose Ecclesiasticũ quãdocũq; seculare acclamare auxiliũ, quorũ vt cõfuté sẽtẽtiã eorundem opportet rationes prius & argumenta exarare. quæ vt soluantur facile erit.
8 Hanc † primã & his verbis prodidit ratiunculã † Segura primum ex eo communis opinionis error manifeste apparet quia tex. in c. 1. de offi. ordi. & in c. 2. de male. & in c. dilecto de sen. excom. lib. 6. & omnia alia Iura quæ in istius sententiæ comprobationem doctores adducuut cum de inuocatione brachihij secularis agunt, loquuntur per hæc verba, si necesse fuerit, vel si opus † fuerit, & huiusmo-
9 di, quæ sane in qualibet parte litis & actu quolibet vbi necesse fuerit, verificari possunt, nec per ea verba restringimur vt in subsidium & quando Ecclesia non habeat vltra quid facit, inuocatione vtamur. nec ex dictis Iuribus si bene perpendantur hoc induci potest. Hæc † non secure
10 Segura †, securius si silentio præterijsset: neque tãtorum patruũ oculos obsecatos credere debuisset, quibus alioquin in Iure Interpretando & illius dissoluendis antinomijs oculos fuisse linceos incomperto est.

Et vt rationes & Iura quæ frequentius in suitionem communis senten. adducuntur ab interprætibus omiserim quæ Auilesius superius coaceruat, † animaduerti verba
11 huiusmudi, si † opus est, extremum designare auxilium cum

cum deficiunt alia l. 1. ff. de offi. prefec. vrbis custodire diligentius noctis excubias & incendia arcere ad officiũ pertinet prefecti vigilũ, at vbi tã magnũ & ingens incendium foret, vt solus cum socijs non posset. Erat autem (inquit Paulus) familia publica circa portas & muros disposita, que inde si opus esset euocabatur: Et in l. si quis separatim (in verbis pluribus eis appellationibus opus est ff. de apellatio. l. via constitui in fine ff. de serui. rus pudio.

Et ne eadem ipsa canonica decreta spernere videamur, apertissime suis ostẽdit verbis Alex. tertius in c. peruenit ex. de Deci. cuius verba hec: Peruenit ad nos & j. Mandamus quatenus parrochianos vestros monere curetis, & si opus fuerit sub excomunicationis districtione compellere, vt de prouentibus molẽdinorum, piscariarum, fœno & lana decimas ecclesijs quibus debentur, cum integritate persoluãt Hinc non incautę docuisse Panor. & alios viderim, qui verba illa ca. 1. de offi. ordi. aliorumque Iurium, Inuocato si opus sit auxilio brachij secularis, ad extremum & veluti nisi in subsidium acclamari voluerunt: hæc enim vis. verborũ est & significatum genuinum. Non obscure id ipsum ostẽdit tex. in d. ca. 2. de maledi. cum enim dixisset santissimam virginem & sanctos blasphemantes diris fore pœnis multandos, in versi. Per temporalem subiungit per temporalẽ preterea potestatem coactione (si necesse fuerit) &c. Neq; apertius dicere potusset priores prius in eo capite indictas penas in blasphemum infligendas, post ad secularis auxilij subsidium adeundem nisi resipiscat.

12 Dictio enim † preterea extendit mentemque & actus dispositionem protendit §. preterea quasdam de actio. ca. super quibusdam §. preterea de verbo. obliga. cum alijs plerisque. atqui † dictio preterea tum etiam postea, & his similis interuallum quoddam † annuunt, & veluti rerum agendarum successionem & ordinem inducunt glo. 1. in l. pacta conuenta de con. emp. Hippol. Rimi. consi. 313.
13

num.

num.60. fimo. de Pret de inter verbo.vllt. volun.lib.3.fol. 10.col. 3.nu.3 ad medium. Et de hac ipsa dictione prętere a in specie Deci.in aut.preterea in principio C. vnde vir & vxor. Mazol cõsi.50.nu. 10.vbi adduxit textũ in p.§.preterea inst.quib.nõ est permis.fa.testa. Grece preterea, para fraseti composita dictio, ab preter & ea, sic Terentius in adelph. Agarus tuum animum quasi iam vsquam tibi sint viginti minæ, dum huic obsequare, preterea autem te ajunt proficisci Cyprum vbi pulcre Dona: Veteris inquit libenter dictiones multiplicabant. Et Virgilius in hunc cecinit sensum.

Et quisquam numen Iunonis adoret.

Preterea aut supplex aut imponat honorem.

Et vt seruius ibi interpretatur hoc est postea; vt modo mille alios Ciceronis & bonarum, litterarũ interpretũ locos omiserim.

14 Rursus quis † poterit abnegare nusquam (sicut & fatetur Segura) Romanum Pontificem, his verbis & clausula si opus est, vel necesse sit, nisi in extrema vti dispositione qui prius de censuris & multis aduersus contumaces indiscẽdis egisset, dicto ca.1. de offi. ordi. & alijs adductis. quasi voluerint Iura extrema remedia, extrema locutione perquirẽ

15 da: ordo † enim verborum & littere, mentem legislatoris ostendit l. quoties ff. de vsuf. l. generaliter §. quid ergo de

16 fidei.liberta. Et † ex verborum ordine mẽtis & intellectus ordo percipiendus est, tum voluntas disponentis ca. in Christo pater de conse. distinc. 2. l. heredes mei §.fin. vbi adamusim nostrates ff. ad 5.c. Trebel. Auten. hoc amplius

17 c.de fidei.& antea † voce, id mente & sensu cõceptũ prius presumendum. l. si seruus communis ad finem ff. de stipu. seruo ca. quoniam Abbas vbi glo. Panor. & alij de offii. deleg.

18 Tertio † fert suppetias tex. in ca. quoniam de offi.ordi. qui & si in hanc vulgo ad communem opinionem tuendã adferatur

adferatur, a me tamen ſic declarabitur vt nullus me prior id fecerit: Pontifex prohibuit illic ne duo in eodem ſint dioceſi Epiſcopi in verſi. Vnde ſi qnis, hæc verba ſuperaddit, (vnde ſi quis aliter ſe ingeſſerit, excom. ſe nouerint mucrone percuſſum, & ſi nec ſic reſipuerit, ab omni miniſterio eccleſiaſtico deponẽdũ (adhibito ſi neceſſe fuerit) brachio ſeculari &c. Plane verba † illa & ſi nec ſic apertius in
19 dicant, non niſi in ſubſidium brachium poſſe ſeculare expoſtulari: mentem enim primum legislatoris patefaciunt demum ad oculum (quod noſtri ajunt) legis aut
20 diſponentis voluntatem oſtendunt, formã † enim & precedentem repetit qualitatem, dictio, & ſi Ruin. conſi 112. nume. 12. conſi. 184. num. 6. lib. 2. Menno. conſi. 328. nu. 30. lib. 4. Et inducit conditionem, ſic dictio l. 2. in princi. de condic. inde. conditio formam, forma, autẽ preſſe ſeruanda, neque ab illa fas eſt diſcedere vt hæc omnia de dictione & ſic, coaceruauit pulchrius Cæphal. conſi. 549. nu. 52. lib. 5.

21 Quarto, quis † non videat, vt & idem Segura afirmauit c. 1. de offi. ordi. & alia Iura de inuo. brachij ſecularis loquentia, cõditionali illa dictione ſi opus fuerit, vti, que ſane di-
22 ctio, ſi, † cõditionem inducit l. 1. vbi Bart. de cõdi, & demõs & tunc demum vindicat, cum que precedunt deficiunt, ſi enim multe vel depoſitioni clerici parent, vel excomunicationi laicus, nõ ad brachij ſecularis ſubſidiũ quod fruſtra
23 torium foret adeundum eſſet. conditio † autem formã inducit, neque vllus diſſentit. Bal. Ruin. Gozad. Pariſi. Tiraq. & alij quos recẽſuit Mennoch. cõſi. 15. nu. 14. lib. 1. Cæpha.
24 d. conſi. 549. nu. 52. 53. † a forma autem non quiſquam ſuo dictu recedere poteſt, que cum tenacius obſeruanda ſit, ni
25 ſi id fiat † pereunt omnia.

26 Quinto, ius † pontificiũ ab eodem ipſo declarationem re
27 cipit, ſicut ſtatuta † ab eiſdẽ ſtatutis, cõſuetudo † ab altera, ciuile ius ab eodẽ ipſo, & addidi ipſe tract. de rit. nup. & pac.

in ma-

28 in matri.cō.li.secūdo differ.11.n.152.153.154.† Cō.Trid. ab eodē consilio Anchar.cōsi.92.& consi.423.Deci.consi. 65.Alciat.in l.1.verb.substituit num.18.& 19.de verbo.signi.Cla.in §.testamen.quest.76.nu.12.

29 Si † autem quispiam diligentius animaduertat,alijs viderit canonicis Statutis brachium non seculare inuocandum nisi insubsidium posse vbi Ecclesiastica potestas non sufficit;ca.cum non ab homine in verbis non habeat vltra quid faciat de Iudi.huic tex.alia plura concinunt quę prete reo vti ab alijs adducta;iustū enim ęqū que visum fuit Ro. Pon.in suos,suas,prius pœnas experiri, quā alienas implorare,sed cum extremis malis extrema remedia soleant adhiberi,hinc Rom.Ponti.post enarratas pœnas canonicas, extremū clamāt,auxiliū illis verbis inuocato si opus fuerit brachio seculari.& id ipsum † obseruat consil.Trid.ca.8.sessio. 24.de reforma.& ca.5.de refor.sessio.25.

30

31 Secūdo loco Segura † addidit,vix esse vt nisi maximo cū detrimēto opinio possit obseruari cōmunis, quid enim inquit ille cum rei capiendi & carcecibus mancipandi,vel sequestrū indicēdū,semiplena sepius sufficit probatio, si antea censuris agendū esset priusquam brachij secularis subsidium declamaretur, inde absurdum & summum reipublicæ malum, quod vel interim rei sese pedibus darent & fugā arriperent,bona insuper obtūderent & occultarent,hæc autem lues magna,maximum detrimentum:sed † hæc obje

32 ctio facile reuellitur,cum neque Panor. existimem neque alios patres aliud credidisse vbi vel mora est periculū allatura,aut de occultandis mobilibus presumptio vrgeat:Et si enim Iudiciū nisi † a citatione & solēnibus suis inchoari de

33 beat nō ab executione prepostere,l.1.ad fin.ff.de in ius voc. l.libellorū ff.de accusatio.si tamē vel rei fuga aut bonorum occulatio indicijs animum dimouerit iudicantis, principiū litis † exequtio est l.ait pretor §.si debitorē ff.que infrau.

34 credito.Bal.in l. sed & si quis ff.quē.testa.ape.Rip.respō. li.

2.ca.

2.ca.71. Hippo. de marsil singu. 648. Bal. Castren.Ioan. de Ann.pract. papien.Mant.& alijs quos Caual.decisi.23. num.8.par.2.

34 Tertium † autem objectum difficilius,cut veluti tutissimo adherent cylindro Salze.& segu.consi.sacro Treden.ca. 3.sessio.25.de refor.illius verba ad litteram me oportet referre,vt ex his verissimum (quod salua semper sacrosantę Romanæ Ecclesiæ dixerim authoritate) sensum patefaciã in versi.In causis vero Iudicialibus.In causis vero Iudicialibus(ait)mãdatur omnibꝰ iudicibus Ecclesiasticis cuiuscũq; dignitatis existant vt quãdocunque executio realis vel personalis inqualibet parte Iudicij,propria authoritate ab ipsis fieri poterit,abstineant se tam in procedendo quam definiendo a censuris Ecclesiastisis seu interdicto, sed liceat eis si expedire videbitur, in causis ciuilibus ad forum Ecclesiastum quomodolibet pertinentibus, contra quos cunque etiam laicos, per multas pecuniarias que locis pijs ibidem existentibus eo ipso quod exacte fuerint assignare,sen per captionem pignorum, personarumque destrictionem per suos proprios aut alienos exequtores faciendam siue etiam per priuationem beneficiorum aliaque Iuris remedia procedere & causas diffinire.

Quod si executio realis vel personalis aduersus reos hac ratione fieri non poterit,sitque erga Iudicem contumacia tunc eos etiam anathematis mucrone arbitrio suo preter alias pœnas ferire poterit. Hucusque consilium:Ex his verbis opinantur non censuris prius ante secularis potestatis auxilij acclamationem agendum, sed conuerso ordine vt prius secularis auocetur potestas : aiunt hanc verba illa tutari opinionem per suos proprios aut alienosexequtores &c.cũ alioquin exequtores vocari nisi expostulato possint brachio seculari:fortissimus certe obex.Qui duorũ Seguræ & Salzedi mentem aduersus crebam detorsit opinionem, spero autem fore lucido me huic responsurum objecto.

Imprimis

Imprimis † nullus tam Hæbes & incircunſpectus eſt qui credat voluiſſe ſacrum conſilium paucis illis verbis neque apertis totã Iuris canonici praxim & diſpoſitionem reuelle
36 re voluiſſe l.ſi quãdo ff.de .inofi.teſta. Quimino † eiuſdem met conſilij Tridentini (quo eadem inuocandi auxilium ſeculare praxi edocemur) vt multis ac pœnis prius, cenſuris poſt demũ ad brachiũ ſeculare auocãdũ perueniamus ſta-
37 tuit d.ca.5.ſeſsio.25.d.ca.8.ſeſsio. 24. Porro † quã exoſa ſit iurium correctio quilibet vel alphabetarius nouerit pedagogus. Atque interpretari † verba illa aut alienos executores: inuocato brachio ſeculari ſcilicet, textus ille nõ dixit, diuinat ſenſus & vim littere infert, dixiſſet enim conſiliũ ſi voluiſſet l.v.§.ſin autẽ vbi glo.& alij c.de cadu.tollẽ.& cũ mutata non fuerit, perſiſtet forma eadem l.precipimus C.de appel. Igit. vt † verũ verborũ (per alienos executores) ſenſum
38 patefaciamus, animaduertere † oportet ſacrum conſiliũ dũ formam preſcripſit Iudicibus Eccleſiaſticis in reos animaduertendi ſic Iudices alloqui & in hæc verba: *In cauſis vero Iudicialibus mandamus omnibus iudicibus Eccleſiaſticis cuiuſcunque dignitatis exiſtant vt quandocunque executio realis vel perſonalis in qualibet parte Iudicij, propria authoritate ab ipſis fieri poterit abſtineant ſe tam in procedẽdo quam definiendo a cẽſuris Eccleſiaſticis ſeu interdicto;* ſubiungit nunc, ſed liceat eis ſi ex pedire videbitur &c. Conceſsit conſilium facultatem Eccleſiaſticis Iudicibus ſi expedire videbitur pœnis, & multis, agẽdi per ſuos vel † alienos executores aduerſum clericos vel laicos, non aliter, † vis
39 autem verborum, ſi expedire videbitur hæc eſt vt cui his verbis cõceſſa iurisdictio erit, non ſuo ductu & arbitrio quãdocunque & quomodocũque animaduertat & multet, ſed cum vel vrgens neceſsitas aut vtilitas adhortatur, † hinc ex
40 pedire, pro vtile eſſe apud bonos authores vſurpatur Terẽ. in formio. noſtrapte culpa facimus vt malos expediat, eſſe, dum nimium bonos nos eſſe ſtudemus: ca. expedit 12.q.7.

l.& si ff.de adop.l.1.ab fin.ff.manda.l.si non expedierit pupilo ff. de bono:autho.Iudi possi.sic & Pau. aquo tutum illud adagium primo ad corinth.6.omnia mihi licēt, sed nō omnia expedirēt Tobi.ca.3.expedit mihi magis mori quā viuere: Prouer. 17. expedit magis vrcæ occurre raptis foetibus quam fatuo cōfidēti sibi instultitijs suis.Ioā. 11. quia expidit nobis vt vnus homo moriatur pro populo ne tota gens pereat. Idem. Pau.1. corinth.expedit mihi magis mori,quam vt gloriam meam quis euacuet ca.sacerdos cui ad finem 1.q.Cicero pulchre in oratione pro Marcel. multi. dictitabant quid optimum esset, multi quid sibi expediret multi quid deceret, nōnulli etiam quid l.ceret His notissimum,licere & expedire diuersa omnino,& expedire iddici quod aliter fieri posit cum igitur consilium sacrum Iudicibus ecclesiasticis facultatem cōcessit si expedire videretur per alienos etiam executores &c.non aliud sensit si quādo mora foret periculū allatura dolus ve immineret, fuga, bonorum ve subductio,posit iudex Ecclesiasticus quod tunc expediat per alienos etiā executores, pignora capere, multare personas destringere,ne ecclesiastica ludibrio foret iurisdictio,id enim his casibus fieri debuit vt paulo ante dicebam.apertius hunc sensum verbum videbitur patefacit.si
41 (inquit)† expedire videbitur,verbum certe videbitur ad iudicem relatum non omnem concedit aut liberam impartitur agendi facultatem sed que modesta sit,rationis, legum & iuris affinis,vt interminis de clausula si tibi videbitur ex-
42 pedire,post signorol.Bal.Deci.Calca.&Pari.scripsit † Mennochi † idemque dignus vt nos & omnis miretur posteritas,de arbi.Iud.quesl.lib.1.quesl.8.nu.5.& si in ibi ad vim verbi minime animaduerterit. Sed de his satis.

SVMMARIVM.

1 *Laici an posśint in criminibus ecclesiasticis, nec non in ciuilibus causis quorum cognitionem habent, laicos propria authoritate capere & multare.*

2 *Ioan. Lupus acerrimus defensor communis opinionis.*

3 *Laici in ecclesiasticis delictis capi propria authoritate non possunt nisi petito brachio seculari.*

4 *Episcopi a laicis pœnam pecuniariam extorquere nequeunt.*

5 *Confiteri semel saltim in anno quisque tenetur.*

6 *Cano. ita quorundam §. fina. de Iud. intellectus.*

7 *Exportantium arma infidelibus crimen mixti fori.*

8 *Can. excomunicamus in c. §. si vero dominus temporalis de hereti intellectus.*

9 *Can. secundum canonicam 23. q. 8. sensus.*

10 *Statuta laicorum armorum prohibentia delationem, publicã concernunt vtilitatem, & ecclesiasticas comprehendunt personas.*

11 *Pœna a laicis imposita que clericos comprehẽdit, ab eisdem extorquenda,*

12 *Laicorum statuta & si publicam referant vtilitatem, clericos non compreheudunt.*

13 *Canonico Iure armorum vsus interdictus.*

14 *Argumentum de minori ad maius inutile.*

15 *Episcopus clericum beneficio priuans in aliena situm diocesi, nõ exequitur sententiam, sed alteri in cuius diocesi est mandat.*

16 *Ca. significasti de foro compe. intellectus.*

17 *Iudeus qui in clericum manus iniesserit violentas, qualiter puniendus.*

18 *Cap. postulasti de Iudi. intellectus.*

19 *Cap. postulasti de homici. sensus.*

20 *Blasphemantis Deum & sanctos pena.*

ri eisdem carceribus ecclesiasticis conijciuntur.
50 *Segure opinio recipitur.*
51 *Consuetudine fieri, vt laici propria authoritate in ciuilibus & criminalibus ab ecclesiasticis Iudicibus nullo inuocato brachio seculari capi possint.*

IN QVIBVS DELICTIS Ecclesiastici cognoscunt Iudices, an sua authoritate laicos capere & punire possint nullo inuocato brachio seculari.

CAP. QVARTVM.



1 Lteram † nũc excutiamus quercum & imquiramus an ecclesiastici qui criminũ aliquot cognitionem habent & ciuiliũ sepius in laicos, secularis brachij cura spreta, capere, multare, & punire propria authoritate possint eosdẽ. Vetus questio in qua in vnã multi in alterã plures abiere sententiã. Vt a crebra exordiũ sũpserim. credidere multi nec incriminibus vel ciuilib9 causisquarũ ecclesię cognitio est, laicos vel capi extermina-
2 ri aut mulctari posse, nisi secularis ditionis auxilio acclamato. Huius sẽtẽtię post antiquiores quos mox adducemus † acerrimũdefẽsorẽ viderim Ioã. Lupũ ind. c. pervestras. 2. not. § sed estpulchra dubitatio an. 1. cũ alijs post; Auil. in c. 20. de loscorringidores, in ver. vsurpẽ. n. 14. sed hic a Lupo. iura & rationesmutuauit quas vt libẽti9 cõsutem9 referre oportet. Viderim mea mẽ opera nunc laterem lauare vel ethiopem dealbare, nõ enim Regia vtriusque Hispaniæ subselia nostram verius dixerim antiquiorum aliquot sequntur opinionem receptam, & si alij aduersam frequentiorem dicant, Coeterum cum nec in Bartoli aut magistri verba iu-

rauerim nec nouam aliquam deffendam sententiã, placet in illius perquirẽda veritate paulisper spaciari. & nouæ etiã quę ab antescesoribus animaduersa minime fuere produce re, vt veritas veluti a caligine tenebricosa vindicata prodeat

Eundem Lupi sequar ordinem, vt prius de criminalibus
3 de ciuilibus post verba faciam. † Hanc ille nu. 11. in criminalibus regulam prescripsit. posse minime Ecclesiarum in ecclesiasticis Iudices delictis, propria authoritate laicos capere, sed auxilio opus fore brachij secularis. ratiocinatur il-
4 lic, † quia inquit episcopi nequeunt a laicis pœnam extorquere pecuniariam, id enim laicis iudicibus mandari solet Ioan. Andre. in ca. 1. de Homi. li. 6. sed hęc argumentatio leuis est, cum probabilis sit non necesaria Ioan. Andreæ opinio, & alij aliud plures affirmant.

5 Secundo † qui fidem Christi & illius sacratas sequimur leges, nisi annuatim saltim confiteamur, censuris cogi non dubium, possumus; ca. omnis vtriusque sexus de pœni. & remisio. consi. Triden. sesio. 14. ca. 5. ad finem Quid tandem? seculari coacti potestate distringimur ca. ita quorundam §. fina. de Iude. ca. excomonicamus, in ca. §. si vero dominus tẽ poralis de hereti. ca. secundum canonicam 23. q. 8. in verbis regia potestate. Responderim Iure probari nullo eum qui semel confiteri in anno recuset a Iudice non posse ecclesia
6 stico capi & multari: tex. autem † in c. ita quorundam §. fin. nostram non communis iuuat sententiam. Ait sarracenis & infidelibus arma deferẽtes, aut suarum remiges, vel nautas triremium, excomunicatos fore: statim subijcit, hęc ipsa verba: Et excomunicationi subjectis rerum suarum per principes & consules ciuitatum priuatione multari, & capiẽtium fieri seruos censemus: hucusque tex. ille: Non bona ecclesię addici voluit Romã. Ponti; sed principibus secularibus, potuisset autem si voluisset, cum seruos capientium pesimũ illud hominum genus fieri voluerit, sed qui hoc in personis statuit vt seruos efficiat, in bonis magis quis poterit du-

bitare? §.fina.inst.de iure natu.

7 Rursus † crimen non omnino ecclesiasticum est, sed mixtum, ante enim Gregorij constitutionem id ipsum Valē. & Gra.legibus sanccitum fuerat l.1.& 2 C. que res exporta non poss. Multa rursus que in illos infligitur, amissionis bonorū non Regum aut principū, sed eiusdē Gregorij Pape auctorithate indicitur; a lege igitur Gregoriana & canonicis decretis priuatio bonorū descēdit.argu.l.2.§.sed quia C. de vete.iur.enucle.sic magis nostrā tex.ille iuuerit opinionem.

8 Neque † tex.in d.§.siuero Dominus temporalis adduci debuit; Quū Dominos statuit hereticos tollerātes a Roma Pon. moneri ne id faciant, ab Ecclesia nisi recipiscant & pacatam reddant ab heretica prauitate prouinciam, anathematis a metropolitano & Episcopis comprouincialibus mucrone feriri Quod si adhuc intra annum contempserit. Renunciari Iubet Roma.Pontifici; qui tunc vassallos & subditos a fidelitate absoluet, & catholicis terram occupantibus largietur: quid queso his pro communi sententia: verbis .solam voluit fieri monitionem Papa Dominis: nullum inibi seculare brachium acclamatur, pontificia fit authorirate priuatio, & terrarum domini in alios translatio, Neque negat tex.impios dominos, hereticos iuuantes, capi ab Ecclesiasticis sua posse authoritate, crimen enim totum ad Ecclesiā pertinet & illius cognitio est: Quod si propria capi authoritate possint, & receptatores qui nec ab alijs differre videntur l.1.ff.de receptato.

9 Sed & † tex.in d.ca.secundum canonicam non offieit; aperte enim ibi Ludo.Imperatoris constitutio authoratur Qua noluit de decimis vel oblationibus clericorum tributum aliquot substrahi posse; Addit decretum illud, communionis in extorquentes priuationem, subjungit extremo, & Regia potestate dare cogatur: voluit tex. Ludouici Imperatoris pie prius legis authoris obseruantiam eadem ipsa qua fuerat lata potestate exequi vt qui ius

te a principibus ſtatuta ſint, ab eiſdem ipſis & ſua manu defendantur non quod ſua non poſsint.

10 Secundo ratiocinatur Lup. & illius cum † eo additio laicorum ſtatuta in eos qui arma deferunt pœnas erogantia, quia publicam concernunt vtilitatem, in principio auth. de armis, clericos continēt l. addictos C. de epiſ. audien. ca. 1. §. ſi clericus in auth. de pace. tenen. & eius viola. in vſi. feudo. non enim clericos decet arma deferre. ca. 2. de vit. & honeſ. cleri. minime a Iudice laico extorqueri ſed eccleſiaſtico auth. ſtatuimus C. de epiſ. & cler. d. §. ſi clericus ca. ſi diligēti de

11 fon. cōpeten. Conuerſo † igitur ordine pœna a laicis extorquenda lege inflicta canonica a laico Iudice non eccleſiæ abducenda eſt, vt vtriuſq; par ſit ratio & æqualis poteſtas: reſoluit multis nouiſsime Galier. in practi. qq. li. 1. q. 12. n. 1. 2. & 3. & ſequent.

Et ſi argumentatio valida videatur, nullius tamē eſt hercle momenti: Imprimis verum nō eſt laicorum aut principū ſtatuta & ſi communem referant vtilitatem clericos conſtringere, niſi & ipſa ab Eccleſia fuerint probata; ca. eccleſia ſancte Mariæ vbi poſt Panor. & omnes de cōſti. c. conſtitutus de reſti. in integ. nouiſsime Bolog. deciſi. 38. n. 18. 3. par. Alciat. in ca. cum non ab homine numero 1. ex. de Iudi. idem Bolog. deciſio. 15. nu. 12. par. 2. Petra. tract. de

12 poteſ. princi. ca. 4. nu. 23. Quamquam ipſe non inficio † legem vel ſtatutum arma prohibentem, clericos conſtringere, nam & iure canonico armorum clericis vſus interdictus eſt, vt pax & publica tranquilitas incrementum recipiat d. ca. 2. & ſimilibus Corne. Soci. Catte. Tiraq. & alij quos Dida. Couar. in practi. ques. ca. 33. numer. 7. Menoch. de arbi. Iudi. queſtio. lib. 2. caſu. 394. idem Couar. in reſolu. ca. 20. ad fin. Clar. in practi. crimi §. fin. vbi ad eum Baiard. alios queſtio. 82. numero 26. Gutie. in practi. qq. lib. 1. queſ. 12. nnmero 2. & 3. verum aagumentatio hec. non iuſta eſt,

13 impar, & inequalis a minori ad † maius ducta, quæ ſuſti-

ſuſtineri non debet vt in regula iuris eſt,cui licet de regu. iur.a maiori ad minus recte argumentamur. Hinc illud dici non poteſt,executionem ex decretis canonicis pœnæ in laicos inflicte per laicos fieri Iudices, quoniam & que ex ſecularibus decretis in clericos arma portantes datur, ab eccleſiaſticis fit.nam Eccleſia vtrumque gladium habet,niſi vnum regiæ conceditur poteſtati.& in criminibus Eccleſiaſticis non regio indiget auxilio Pontifex.

15 Tertio †Lupus cōfirmat tex.in ca.poſtulaſti de for.competen.ſummumque & precipuum receptioris ſententiæ aſſeuerat fundamentum,cum epiſcopus clericum beneficio multat & alienæ ſit dioceſis non hic Iudicās, ſed exequitur alter: quod in altera nulla ſit Epiſcopi Iudicantis Iuriſdictio parochia,ſubinde argumentatur id pſum eodem iure in hac ſpecie conſtituendum vt ſi quando eccleſiaſtici de laicis cognoſcant, cum perſona & bona eccleſie imperio non ſubjaceant, nec perſonas diſtringere,aut bona capere propria authoritate Iudices poterunt:ſed quam caducum & inutile ſit argumentum vel alphabetarius dixerit pedagogus. primum repetit queſtionis principium. Quodque nos iuſte abnegamus,non perſonas fore eccleſiæ ſeculares vbi in eccleſiam delinqunt, vel vbi de his aliqua ex cauſa Iudices eccleſiarū cognoſcūt,Lupus veluti tutiſsimū cōſtituit anxioma ſi enim id verū foret.nulla inter nos decertatio eſt,ſed cū verū non ſit alijs atque aliter probari debet.

16 Neque ad inſtitutum eſt tex.in d.ca.poſtulaſti cū † enim dioceſes ſicuti prouintiæ & regna iure optimo fuerint diuiſa, nequit vnus in alterius epiſcopatu Iuriſdictionem vindicare niſi conſenſu id fiat.d.c.poſtulaſti glo. & ceteri in ca. nouit de offi. delega. ca. fina. de offi. vicar. extra territorium enim nulla Iudicantis iuriſdictio eſt l. fina. vbi poſt glo.Bart. omnes.de Iuriſ.om.Iud. Hinc vſus praxiſque recepit vt litteris opus ſit, quibus iudices alieni monentur vt Iudicata exequantur Bart.& omnes in l.adiuo pio §.ſenten

tiam de re Iuri canonici Interpretes in ca. romana §. cõtra hentes de for. competen.

17 Quarto Lupus † contendit authoritate tex. in ca. postulasti de Iude. audax Iudeus qui manus in clericum violentas immittit, injuriam bonis ipsius multatis seculari potestate coactus, resarcire compellitur, non igitur ecclesiastica authoritate damnum instauratur aduersus sacrilegum cum alioquin Deum ille & ecclesiam ledat ca. in nonnullis ad finem ca. ita quorundam ca. ad li-

18 berandum illo eodem. Sed neque iura hec opitulantur, cum enim Iudei qui intra Ecclesiam non sunt excommunicari nequeant, quod frustratorium foret, merito veluti viles & abjectas personas Ecclesia respuit, & cum sacrilegium commitunt, vti alieni ouilis ignominiosos homines seculari potestate cohercendos statuit, vt non male glo. in d. ca. postulasti scripsit. quos ergo ecclesia excommunicare non potuit nec capere precipit.

19 Quinto adduxit tex. † in ca. postulasti de homici. sed neque juuat, quoniam non negat Innocentius laicum capi & condempnari posse qui spreta excomunicatione substraxit decimas, tantum inibi dubitatur, an cum clericus posit ciuili actione aduersus laicos intendere & res suas petere coram Iudice seculari si durius forsã ageret aduersus reum, & sanguinis, in eum sententiam ferret, clericus irregularis foret, & non fore sanccit, citra animum enim & preter intentionem clerici agentis contingit. Recte igitur Innocenti. duritiæ enim inquit seu malitiæ eorum computandum erit.

20 Sexto vlterius Lupus † receptiorem tuetur tex. in ca. 2. de maledi. vbi blasphemus in Deum, Mariam, vel sanctos, seculari potestate, quadraginta solidorum pœna si diues fuerit multatur. At non animaduertit ille blasphemũ ob blasphemiam capi & carceribus mancipari posse, qui enim

enim tot aduersus talem & trucem hominum inpietatem ieiuniorum pœnitentiæ infligerentur nisi captura precederet? Qui fieri posśit aliter vt pro ecclesię foribus absque palio sine calceis pro omnium rostris publice corigia collo circũducta starent, vt qui inuerecũde de Deo O. M. & deipare virgine diuisque cœlestibus fuerint loquuti totius populi aspectu irrisi, & verecundia correpti, pœnas luant: Quis se his vltro sponte offerret pœnis? vt hæc apud Ecclesiam fiant, captura opus est: Rursus addit tex. in versi. per temporalem preterea potestatem &c. vt cum di-
21 ctio illa † præterea adiungat & addat l. inter illam in fine de verbo. signifi. l. præterea ff. de rei vendi. l. preterea ff. si quis omis. cau. testa. innuit aperte potestatem etiam secularem quadraginta solidorum blasphemum multare, vel alia minori si inops fuerit, episcopo loci postulante pœna posse, vt in Deum & sanctos blasphemus vtraque potestate puniantur.

22 Pergit Lupus septimo tex. † in ca. 2. de cleri. exco. minis. clericus suo ex authoratus ministerio, qui ad huc interdicti ordinis operã subit, diro anathematis mucrone feriẽdus est quiq; omnes eidẽ cõmunicarint, sed si nec ille resipuerit, & episcopus huic malo mederi nõ posśit, regis (inquit tex.) Iuditio ad requisitionẽ Ecclesię exilio dãnetur. Subinde argumẽtatur Lupus, ab Ecclesia impositã pœnam, Regia exequi potestate: sed neque facit: cum aperte Cõsiliũ Antiocen. pœnam impositam truci clerico ab eadem ecclesia voluerit exequendã, nisi vno casu, vbi episcopus minime emẽdare potuerit, Quoniam sepius clerici vel dignitate prestantes, aut suorum familia vel consanguineorum adiuti, episcopis (quorum exigua potestas est) parere recusant. Ne autẽ ecclesiæ Iudicia cassa fiant, vbi ipsa non posśit, Regis tunc auxilium clamat, vt clerici potentia, Regia compescatur potestate.

23 Octauo † satagit can. nec licuit 17. q. ille vero canõ, mini
me

me aduersatur, cum iuxta canonicas sanctiones velit peccatores distringi, Qui in malorum summum peruenerint fastigium, regia potestate: Quando vel crimen non omnino ad Ecclesiam pertinet, vel vbi Ecclesiæ potestas sua manu comprimere nequiret.

24 Nono ex consilio † Cathaginensi ca. petimus 11. q. 1. Lup. argumentatur, inuasores aduersus plebis qui plebem nō deserunt, statuit iuxta gloriosissimorum statuta principum cohercendos fore: crimen autem seculare est neque omnino ad ecclesiam pertinet, & cum Cæsarum antea legibus prohibitum foret, eisdem voluit sacrum consilium pœnis seculari potestate coherceri.

25 Decimo † ca. de liguribus 23. q. 5. scismatici qui ecclesiā lacerant, & diuidunt, nedum excomunicatione, sed & bonorum proscriptione & dura personarum custodia principum authoritate arcentur. Hic preterea tex. vitatur quod cum ecclesiasticum crimen sit atque ideo scismatici excomunicentur & damnentur vt ille ait canon. cœterū si nec rei pareant iudicate, & ecclesia tantum nequeat eradicare malum, principes qui vti Ecclesiæ filij acclamante ipsa eā inuare tenentur vt in 1. dixi capite huius libri, vim facient, & que blandi & infirma. ecclesiæ poteflate exterminari ne queunt, regia magnitudine possint. voluit autem canon vt
26 ij excomunicari & damnari possint; At verba illa † atque damnari, personam & bona comprehendunt, & damnari pro condemnari vsurpandum simplex pro composito l. fina. in verbis, accusator damnatur ff. de calumnia. l. 1. ff. de requi. rei. l. absentem ff. de pœn. l. 1. §. qui in Iudicio, in verbis, dolo malo & fraude suo nomine damnatus erit de his qui. notan. in fam. l. 2. ad finem de preto. stipula. l. si isqui se obtulit fundi vindicationi damnatus est. l. sin autem §. penul. ff. de rei vindi. Rubri. sic intelligenda de bō. damn. & altera apud Iustiniani codicem de bo. proscrip. & damna.

Vnde-

27 Vndecimo † contendit cap.extremi authoritate de for. comp.in 6.ſed ille tex.adduci non meruit,qui ſolum ſtatuit laicum iuramento,eccleſiaſticum ſibi iudicem conſtituere neque aliud inibi fuit dubitatum.

28 Duodecimo † ad ciuilia ſe iura Lupus detorquens tex.adducit in l.placet de ſacro.Eccleſi.Excomunicant & anatematizant Epiſcopi,ſeculares autem diſtringunt & multant ſed abnegari illius legis poteſtas condẽdo poſſet,Quod nõ ſemel ſuperius dixerim nullas principũ leges fore quę de rebus Eccleſiæ & ſi in ipſarum commodum quidquã diſponãt,& ſi valeãt.non Iuſtinianus abnegat Epiſcopos multare Eccleſiam grauãtes poſſe,& ſi id ipſe vti optimus princeps ſtatuat ne ſordidorum munerum foece ſplendidiſſimæ Eccleſiæ deturpentur.

29 Decimo tertio † Innocentij Tertij decretum adferens idem Lup.ita raciotinatur,vbi Eccleſiaſticis iudex incidenter de ciuili cauſa inter laicos cognoſcit,executionem ſeculari deleget,non ipſe exequitur glo.in clemen.1 verb. cenſura de vſur.ca. cauſamque iniqui filij ſint legi. ſic enim rectius reſpondetur,nos vel de cauſa aut crimine diſceptare cuius ad Eccleſiam cognitio pertinet, non ſic cum ex incidenti vel ſecundario.

30 Decimo quarto † rationem adiungit,diſtictas affore poteſtates Eccleſiaſticam & ſecularem neque eccleſiaſticam, ſecularem euellere poſſe ca. cum ad verum 96.diſt.ca.nouit.de Iudi.id enim diffiteri nequit & ego ipſe multis oſtendi tract. derit.nuptia. & pac.in ma.con.lib.2.diffe.10.a n.1. negauerim tamen in criminalibus aut ciuilibus Quę ad Eccleſiam pertinent non Eccleſiaſticos omnia poſſe iudices.

Fugatis.Lupi rationibus nihil Iuuare poſſe communem oppinionem videtur: vtcunque autẽ receptior eſt.Oldra. con.86.recenſuit inter cõmunes multis ab hinc ſeculis Ioã. Andre.ad ſpecula titu.de offi. ordina.Anchar.in ca.cum Epiſcopus de offi.ordina.& in ca.ea quæ de re.iur. Inno.Sicul.

cul.Imol.& quidam alij antiqui quos refert Lup. ind.§.sed est pulchra dubitario nu.1.Felin.in ca. significasti infin. de offi.delega.post Bal.ibi.glo.fina.vbi idem Bal.in l.episcopale C.de episco.audien Ange.in l.fina.C.de iudi Laudunen. in Clemen.1.de offi.ordi.vbi Zabarel.quest.quinta Lup.5. Aufred.in d.Cleme.1.5.q.de offi.ordina.& tract.de potes. ecclesi.super laicos nume.1.2.ex recentioribus Clar.vbi ad eum Bajar.lib.5.§.fina.ques.37.num.8.Ex. Hispanicis post Lupum accerrimus defensor Auiles.in c.preto.ca.20.num. 14.Auendani traç. de exeq.manda.reg.cap.1.numero 22. Mencha. tract. de testa. §. 22. numero 12. & 1.par.§.6.numero 16. versi. illud autem queri posset Bellu. in d. rubri. 11.§. tractandum: Oliban. in commen. vsa. Alium namque capi.15.n.49. Pazi. in prac.2.to.prelu.2.nu. 14.15.16.

Contrariæ adherent sententiæ multi.Domi, & Fran. in ca.cum episcopus de offi.ordina.Felin.in d. ca. cum sit generale numero 20. Dida.Couar.in pract.qq.ca.10.nu.2. Segur.in directo.Iur.ecclesi.2.par.ca.14.nu.41.Salze.in additio.ad prac.de Luco.ca.160.nu.6.alijq; quos neoterici memorant & preter alios vnus Gallus Rebuf.tract.quãdo. Iu. secul.n.68.inter reges regias paponi li.1. tit.5.arest.25.Scaturiunt rationes & Iura quæ hanc probare sententiam videntur, Quibus Lupus facere satis satagit, sed ærem verberat & frustra contorquetur, citra cauillum enim responderi nequit tex.in cap. Attendendum 17. ques. 4. † Cuius ver
32 ba hæc Attendendum est omnibus ne predia vsibus secretorum cœlestium dedicata aquibusdam irruẽtibus vexentur quod siquis forte fecerit, post debitę vltionis acrimoniã quæ erga sacrilegos promenda est perpetua dãnetur infamia & carceri tradantur aut exilio perpetuæ deportationis vtatur vbi glo.carcerẽ ecclesiam habere adnotauit, Huio enim textui † Lup. ridicule facit satis, dicẽs sacrilegos car
33 ceribus mancipãdos secularibus nõ ecclesiasticis, imprimis diuinat & litterã peruertit, sed & cum alternatiuã Vrbanus

Ponti-

Pōtifex pœnā indixerit ſacrilegis vt carceribus mācipētur aut perpetuo exterminentur exilio, fateri neceſſe, vt ſi nec carceribus tradere ſacrilegos Eccleſia queat, nec exilio dānare perpetuo quod tex. ille abnegat. Reſpondit ſecundo Lupus ſpecialē affore caſū aduerſus ſacrilegos vt in hereſi & quibuſdā alijs ſed iulca eſt ille & parum conſtans, quis enim non viderit eundem ipſum in ſuæ & communis opinionis ſententiam pleraque adducere iura (quibus reſpō di) de ſacrilegis maledicis & eccleſiarum inuaſoribus loquentia, quequæ ille in ſua admittit opinione in altera diffitetur & negat.

Sed & minus communis valide adiuuatur ca. contra ido lorum 26.q.5.† Contra ydolorum cultores, arruſpices, atq;
34 ſortilego? fraternitatē tuā vehemētius paſtorali hortamur vigilare cuſtodia, quod ſi emendare ſe a talibus nolle repe reris, ſi ſerui ſunt verberibus volumus caſtigari, ſi vero libe ri incluſione digni diſtrictāq; ſūt in pœnā dirigēdi: hęc tex. quo glo. ibidē amplius ſcripſit poſſe Epiſcopos carceribus reos tradere: intellegit Lup. clericos incōcina certe ne dicā ſtulta intetpretatio.

35 Quis enim † vnquam potuit dubitare de clericis vt qui delinquerent ipſi ab Eccleſia capiantur prefectis & Carcerentur? Dida. in pract. qq. lib 1. ca. 11. nu. 2 verſi. Quarto nō eſt pretermittēdū Clar. in practi. crimi. §. fina. q. 35. nu. 8. in fine, & cum lex indubia magis ſpecie quam alia intelligenda ſit l. quod labeo vbi glo. de Carbo. edic. l. 1. ff. ad municipal. de laicis non clericis canon loquitur: Porro tex. ille inmodum
36 regule loquitur, † at lex generaliter loquens omnes con tinet caſus, & ſi in vno major quam alio ratio ſit, & licet materies odioſa Deci. cōſi, 29. & conſi. 104. nu. 3. Gozadin. conſil. 182. num. 3. Tiraq. & qui eundem recenſuit Ancha. Regien. lib. 1. ques. 24. nu. 6. & 7. Tandem Lupus quo diffu giat neſciens ait tex. loqui in hereticis, & ſi enim (ait ille) vere heretici non ſint, latiori tamen vocabulo aruſpices, &

ſorti-

ſortilegi,non male heretici dicuntur:vt de his Eccleſia iudicet:nunc vere Lupus & ſuis ſe ipſum verbis perimit dum vitare contrariam ſtudet;vt cum Eccleſia poſsit incriminibus eccleſiaſticis aduerſus laicos ſtatuere , pœnas inflingere,exequi,male multare,ſortilegos & aruſpices capere, cur non in alijs criminibus certe nõ viderim,namquod ille hereticos dici poſſe ſcribit latiori vocabulo id in ſacrilegis dici poteſt qui in Chriſtos Domini irruentes res ſacras lacerãtes & decimas ſubtrahentes veluti abditi quidam heretici videantur,male de Eccleſia ſentiendo,ſed neque locum aliquem iuris adfert quo reſponſum probetur, vt merito inherere regule canonis debeamus.

38 Tertio acerrime † receptiori aduerſatur in omnium ore regula criminis admiſsi qualitatem forum transferre & laicum in Eccleſiæ iuriſdictionem ſi in ipſam delinquat traducere ca.cum ſit generale ca.extenore & ibidem interpretes frequentius ſcripſere defor.competen.auth. idem nulla
39 cõmunitas C. de Epiſ.& cleri.† iuriſdictionem autem nullã Eccleſia haberet,ſi carceribus mancipare reos nõ poſſet & ſi enim huic Lupus reſpondeat rationi vix ſequi laicum de foro Eccleſie proin ab ea Iudicari poſſe,q, niſi inter ſubjectos liceat & eodem territorio:ca.romana §. contrahẽtes de fo.competen. in 6.l.cum vnus §. is qui de bon. autho. iudi.poſsi. l. a diuo pio dere.Iudi.l.4 de dam.infer. iura tamen non noſtram inficiunt argumentationem , que in diuerſa loquntur ſpecie,& ſecus iudicandum cum lege pontificia ſeculares cohercentur eccleſiaſtico crimine , ij enim neque extra eccleſiam ſunt vel illius iuriſdictionem,neque alieni territorij quod orbis totus papæ in ſpiritualibus terri-
40 torium † ſit, ouile , & dioceſis,gladij duo,extra j. de maio. & obedi.in commu.Quid igitur ad rhombum iura illa , an ipſa papæ diſtringunt poteſtatem ? neque dubium eſſe poteſt ſeculares delinquendo pœnis ſeſe pontificijs ſubdidiſſe l.imperatores inuerbis tute huic pœnæ ſubdidiſti ff. de iur.

ſis.l.

fis.l.fina. in verbis quodammodo sua mente punitur C. ad l. Iuli. maiesta. & ecclesiæ iurisdictionem probasse, vt qui expressimo pacto id fecerint & consenserint. Tudis. Imol. & turmatim omnes in cap.si diligenti & in cap. significasti
41 de for.competen.& si nequeat clericus d.ca.si diligenti.

Quarto valide † crebriorem oppugnat sentẽtiam auth. causa quę sit cũ monacho C.de epis.& cleri.executores legi aduersantes impios, Iustinianus cõcedit Episc.in decanicos tradere carceres & cohercere speciale inquit Lupus cũ vsquam credi possit, nec cur rationem reddit.

42 Quinto, † communem prosternit tex.in c.1.de offi.ordi. licet episcopis in diœcesibus suis scelera, exquirere, punire, vlcisci, iudicare, sed hæc quãdo & quoties, nisi rei.capi possent Lupus obijcit, ridicule vt canones cẽsent (sic enim Ioãnis Papæ Synodus loquitur) Questionis typum repetit, & nolle canones ecclesiæ affirmat vt in laicos Episcopi quibus suis ecclesiæ impetitos criminibus manus inijciant, carceribus mancipent, capiant mulctent, id enim regię relinquitur potestati: si vera fatur Lupus in suam me deducit sentẽtiam, sed cum aliud iura clamitent ab illius discedo sententia ius velle vtrumque Ciuile, Canonicum.

43 Sexto † fert suppetias tex.in ca.vt comissi de hære.in 6.c. excõmunicamus in 2.de hære.ex.clem.1.eod.capiuntur nouatores heretici, & obscuris detrusi carceribus puniũtur, iudicãtur: extẽplo Lupus receptui canit, & se in miserã leguleorum (vt in nostrorũ adagio est) diffugiũ cõfert, speciale inquit in heresi. In heresi speciale, in omnibus speciale vna speciali solutione omnia dirimit aduersantia, & si enim in heresi maior quã alijs ecclesiæ criminibus ratio vindicet, in ceteris tamẽ neque Ecclesiarũ Iudicibus captura prohibetur aut potestas interdicitur: Nec quisquam opinionẽ hanc cõmentitiam putet hæc ipsa apud consilium inualuit Tridentinum, hanc authorauit ca.3.de refor.sessio.25.ibi personarum districtionem.

44 Alij † mediam deligentes ſententiam cenſuerunt Eccleſiaſticos Iudices qui aduerſum laicos intẽderint,& acuſatio nem totam inſtruxerint, poſſe capere, ſententiam ferre & ſua exequi authoritate eandem,& primam ſic interpretantur receptiorem ſententiam: Eccleſiaſticum non poſſe Iudicem exequi cum, vel Ciuili (aiunt) agitur, vel Criminali actione ciuiliter agitata. Dida. ſup. verſi. ſecundo loco, Paz.
45 in pract. 2. to. prelu. 2. nu. 53. & 56. Sed † hæc opinio etſi arguta videatur cõmẽtitia eſt, & ſuſtineri nõ poteſt vt rectius Salzed. animaduertit, nam & ſacro Triden. conſilio improbatur,& extremã interpretum opinionẽ aut verius eccleſię libertatem nimium preſtringit & arctat.

46 Hæc in † criminalibus in ciuilibus autem actionibus cũ laicus Iudicis eccleſiaſtici poteſtati ſubijcitur, & coram eo conuenitur frequẽtius creditum vt etſi cognoſcere exequi tamen nequeat, niſi Iudicis ſecularis authoritate; Panor. & alijs crebius aſſerentibus: quos ſuperius cum adduxerim nũc ſilẽtio pretereo: his aſſentitur Dida. d. ca. 10. nu. 2. verſi. Tertio illud erit. Quod nec laicus ſit eccleſiaſtici ſubditus nec bona vti alieni territorij.

47 Aduerſatur † Segura, poſt alios & ad ſtipulatur Salzed. d. ca. 160. nam & ſacrum conſilium expreſsim in ciuilibus loquitur cauſis, quomodolibet (hæc enim ſunt illius verba) ad forum eccleſiaſticum pertinentibus; vt ſi vellint eccleſiaſtici iudices diſtrictione poſsint perſonarum vti d. ca. 3.
48 ſeſsio. 25. dictio † enim illa quomodolibet fortius agit, omnia continet nullum reſpicit caſum ca. ideṁptitatibus de elect. in 6. Grab. conſi. 20. nu. 76. lib. 2. Et vera opinio eſt; Quis autem eam exequi auſit iudicum eccleſiæ? lex enim regia quę & notiſsima eſt ſub titu. de Inuo. del bras ſe: formam indixit a qua recedere fas nõ eſt, & in vlteriori Hiſpania leges idipſum prohibent,& ſuo loco diſeremus.

Plane vbi brachij ſecularis auxilio laici ab eccleſiæ Iudi-
49 cibus capiuntur † non in Regis carcerem, ſed in eccleſiæ abditis

abditis detruduntur, hæc enim inoleuit iuſta conſuetudo vt quiſque ille ſit qui male fecerit, à ſuo etiã iudice vinculis & carcere cuſtodiatur: Salzed. 5. num. 7. verſi. illud vero fatendum. Quamquam Segura d. ca. 14. num. 44. dum Eccleſiæ Iudices auxilium auocant ſeculare, dixerit aliquando in regios immitti carceres reos ſolitum eccleſia authorante, vel quod adminiſtri & ſatellites regij rigidiores ſint vt Hora. 1. epiſto. cęcinit, aut quia eccleſiæ executores & miniſtri vti manſueti & humiles ſperni ſoleant. Neq; diſplicet illius eodẽ loco animaduertio, in grauioribus vel vbi fuga timeri poſſet, regijs reos includi carceribus poſſe vſque in pœnã irrogatam, vt cũ poſsint ſepius ſeculares Iudices maiorẽ inflingere vbi minorem eccleſia reddit. Clar. in pract. crim. §. fina. quęſ. 57. verſi. ſed occurrit non ad alienas carceres eundum ſit & ab eccleſia ſceleſtis requirẽdus.

51 Sane vbi conſuetudo. † inualuit vel in ciuilibus aut criminalibus cauſis vt laici ab eccleſiæ iudicibus propria poſſit capi authoritate & male multari, haud dubium iuſtã locorum conſuetudinem tenaciter fore cuſtodiendum quẽ admodum poſt Bal. & Lup. cenſuit Dida. d. ca. 10. nu. 2. verſi. Primum vbi conſuetudine & frequentius apud vtriuſq; Iuris aſſeclas receptum ſcribit Mencha. li. 3. de teſ. §. 22. nu. 17. Pazi. in pract. 2. to. prelud. 2. nu. 56. & incertus author. apud conſil. Berete conſi. 3. nu. 10. Segu. in directo. Iudi. eccleſi. 2. par. ca. 14. nu. 24. Auen. de exequen. mã reg. li. 1. c. 1. nu. 22. Azebed. in l. 14. lib. 4. tit. 1. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Auxilium brachij ſecularis a maioribus magiſtratibus an peti poſsit.*

2 *Auxilium brachij ſecularis quanto a maioribus iudicibus impartitur eo validius.*

3 *Auxilium brachij ſecularis a quibuſcunque Iudicibus poſtulatur.*

4 *Auxilium denegantes ecclesia excõmunicatione, & pro arbitrio multat.*
5 *Obedientia ecclesiæ ab omnibus regibus & principibus debita.*
6 *Consilij Trideutini monitum in reges & principes Christianos.*
7 *Segure opinio probata.*
8 *Episcopi quodammodo regum vassalli.*
9 *Episcopi in Cathalonia regi fidelitatem iurant, neque aliter admittuntur.*
10 *Episcopi in Cathalonia se seprius presentare regi, aut illius locũ tenenti debent.*
11 *Episcopi quo ad temporalia regibus obediunt in Cathalonia.*
12 *Rex in Cathalonia summus, neque alium recognoscit.*

BRACHII SECVLAris auxilium an a summis magistratibus petendum vel minoribus.

CAP. QVINTVM.

1 BArduli duo exquirunt † neoterici, an auxilium seculare a pedaneis & carthularijs judicibus flagitandum sit an, ne a summis magistratibus qui vel sacris sunt ascripti consilijs, aut maiori refulgent dignitate Segu. indirecto. Iu. eccles. 2. par. c. 14. nu. 47. Salzed. ad Dia. de Luco in pract. cano. c. 160. nu. 9. versi. 6. non solum, peti posse existimant, & nouissime id ipsum obseruari in camera Imperiali arrestis pluribus iudicatũ, memorat quem ipsi non viderunt Andre. Gail lib. 1. obserua. 115. num. 9.

Et si

Etsi michi hæc disputatio nullam adferat hesitationem;
2 Quo enim † maiores Iudices,eo maioribus pugnabit auxilijs ecclesia. Et auxilium etsi à minori quandoque postuletur,Quemadmodum pulchro emblemate quidam cecinit dum murem depingit, funem detortum qua leo foret districtus; corrodentem.

En leo terribilis quem soluit mus laqueo.
Sic magni minima sepe iuuantur ope.

Sepius tamen à maioribus postulatur, vel paribus nè cas-
3 sasit opera & studium: & indiscriminatim † censuerint interpretes in d.c.1.de offi.ordina.quosuis Iudices interpelari vt auxilium prestent & ecclesiam iuuent,si secus faxint ana themati tradi possunt etsi Reges sint aut Principes. Tudis nu.11.in d.ca.1. Iass.in l.Diuopio.§. sententiam nu.16.ff.de
4 re Iudi. † arbitrio etiam punire suo ecclesia non parentes posit vt Menochi. scripsit de arbi. Iudi. qq.casu.452.nu.4. Quamquam Segura non aliam quam excõmunicationis pœnam dari praxim asseueret recepisse, id nos infra latius suo loco.

5 Sed & cum omnes. † voluerit petrus Reges Episcopis obedire ca.omnes de maio. & obedi.præsintq; illi regibus ca.solite de maio. & obedi. neq; a regibus Episcopi,Reges autem ab his iudicentur.ca.Imperator.96.dist.ca.sacerdotibus.11.q.1.quis à summis principibus posse auxilium postulari ab negabit? ca. principes seculi. 23. q.5. ca. cum ad verum ca.duo sunt 96.dist.

6 Atque ideo. † Sacrum Tridentin. Consilium Reges ad monet omnes & paterna adhortatur charitate vt filios se dilectissimos orthodoxe agnoscát ecclesiæ, vt quo longius bonis temporalibus, atque alijs potestate ornati fuere, eo sanctius quę ecclesiastici iuris sunt, tanquam Dei precipua eiusque patrocinio tecta venerentur. Nec ab vllis Baronibus, Domicelis, Rectoribus, alijsue dominis temporalibus seu magistratibus maxime ministris ipsorum principũ

lædi patiãtur ſed ſeuere in eos qui illius libertatẽ, immunitatẽ atq; iuriſdictionẽ impediunt, animaduertant: quibus etiã ipſimet exemplo ad pietatem, religionẽ ecclesiaſticãq; protectionẽ exiſtant: Imitãtes anteriores optimos religioſiſſimoſq; principes, qui res eccleſiæ qui ſua imprimis authoritate, & municẽtia auxerunt nedũ ab aliorũ iniuria vindicarũt. Hæc 5. coſiliũ. ca. 20. de refor. ſeſſ. 25. ſed & antea ca. 17. hæc verba Reliquis vero tam principibus quã cęteris omnibus, vt eos paterno honore ac debita reuerẽtia proſequãtur. Nam & cũ principes ab ecclesia illiuſq; Pontifice maximo auxiliũ poſsint poſtulare vt ſuo inferius loco, ita ſane principes & illorũ ſummi magiſtratus, vt mutua vtriuſq; ſint brachij auxilia; Quẽadmodũ pulchro carmine Alciatus noſter.

Lampidem ſublatum humeris fert lumine captus.
Et ſocij hæc oculis munera retribuit.
Quo caret alteruter, concors ſic preſtat vterq;
Mutuat hic oculos, mutuat ille pedes.

7 Arridet au lem † quod inibi. Segura animaduertit, non extẽplo cenſuris vbi maiorũ magiſtratuum auxiliũ imploratur, agendũ, ſed lenius, blãdiuſcule, & cõcine literis rogare ſuis & deprecari: Epiſcopi enim † quodãmodo Regis ſubditi ſunt. glo. in ca. tribulũ. 23. q. 8. & Rege imperante ipſi potius quã Archipiſcopo parere tenentur. Imol. in ca. cum parati. de Appella. Alexan. conſi. 124. nu. 7. lib. 1 Conrad. in Temp. om. iudi. li. 1. ca. 2. n. 9. Segu. ſup. n. 52. Quod ſi in alijs idvideris, in hoc ipſo vaſtitiſsimo & Cathalonie inclyto Principatu lucido intuere? Iurãt enim Epiſcopi fidelitatẽ † Catholico Regi, qui alioquin cũ nolent ſuſpectos habere poſſet, & alios qui eccleſiaſtica (niſi ab eodem Rege nominati fuiſſent) dignitate forẽt ornati; prius ſe Regi. aut ei qui illius vices gerit, preſentiam † exponunt, fidelitatis offerunt. iuramentũ. Neq; aliter a ſubditis homagium & ſacramentum abducunt vbi vaſſallos habere illos cõtingerit, vti preclare Calicrus noſter ex antiquioribus docuit in margari. fiſ. dub. 8. verſi. 175. vbi ſuſpitionum ab Innocen. in ca. his, de Accu.

exem-

exempla adfert. Oliban. in Cōmen. vſati. Aliū namq; ca. 10. nu. 2. vbi praxim & alia ſcripſit. non ſpernenda.

Sed vt ad † inſtitutum reuertar a quo diſceſſerā, Epiſc.
11 vti Regis vaſſalli (Quia temporalia, caſtra & oppida poſsident donata ipſis antiquitus & eorum eccleſijs,) parere, reuereri, & obtemperare his niſi quæ ad fidei, vel catholice religionis decrementum pertinerent, non dubium eſt Penna. in l. euectiones de Cur. publi. li. 12. C. idē Oliba. qui alijs atq; alijs comprobat. d. ca. 10. nu. 5.

12 Rex deniq; in hoc † principatu in temporalibus, non ab alio quā aſeipſo ius metitur, & quod barbare practici noſtri poſt interpretes dixere, fundatā habet intentionem: Panor. in ca. veniens de Accuſa. Oliban. d. cap. nu. 2. Hinc illud vt antea precenſeram, non illico litteris ſuis deprecatorijs cenſuris, & anathemate aduerſus ſummos magiſtratus agent eccleſiaſtici Iudices vti aduerſus pædaneos Iudices & inferioris gradus, ſed rogando primum & blandiendo: probat Salzed. in d. cap. 160. nu. 9. & docuerat antea Redin. Epiſc. Taraco. prius Regij Hiſpaniarum concilij Senator. de Maieſt. princi. verbo. Sed etiā per legitimos tramites. nu. 141.

SVMMARIVM.

1 *Delegati Iudices, an axilium implorare poſsint ſeculare.*
2 *Delegati iuriſdictionem habent.*
3 *Iuriſdictionis appellatione proprie non venit delegata.*
4 *Iudicib9 omnib9 eccleſiæ cōceſſū, brachiū poſſe īplorare ſeculare*
5 *Inuocare in Cathalonia iudices delegatos poſſe brachium ſeculare lege ſtatutum regia.*
6 *Clauſula, Inuocato ſi opus fuerit brachio ſeculari, cur in litteris Miſeratur apoſtolicis.*
7 *Argumentum aduerſus communem tollitur.*
8 *Solita ſtillum indicant.*
9 *Inuocare brachium ſeculare in caſu hereſis ſpeciale non eſt.*
10 *Delegatus priuſquam inuocet brachium ſeculare, an prius ad epiſcopum ordinarium recurrere debeat.*

IVDEX DELEGATVS AN auxilium inuocet brachij secularis sicut ordinarius.

CAP. SEXTVM.

1 Ertant interpretes † num delegati axilium inuocare posint secularium, quasi delegati. iudices nō sint, nec iudicū appellatione cōtineātur: nā & si non ordinarij, delegati tamē iudices sūt & hoc nomine honorantur. glo. in. l. ait pretor de re. Iudi. c. fin. vers. iurisdictio duorum de offi. delega. vbi. Panor. nu. 4. cap. licet versi. illius iurisdictio, de offi, delega. vbi idem Panor. & licet extra aliorum Iudicum ordinē dati videantur, iudices tamē dicuntur, & illorū referunt personam qui eos substituerūt. c. de cetero, versi. ad extraordinariū iudicē de Transl. quāquā nihil propriū habeant. l. 1. §. fina. de offi. eius cū illius qui mādauit iurisdictionē exerceāt. l. 1. §. fin. in verbis: Eius qui mandauit iurisdictionem vtitur, de offi. eius.

2 Sic omnes fateri † oportet delegatos, iurisdictionē & si delegatā habere, cap. quereti de offi. dele. ab eo mandatam cuius vicem gerit. l. solet, in verbis: Is. cui mandata est iurisdictio, fungitur vice eius qui mandauit, & non sua. de Iurisdi.

om.

om.iudi.ca.ſane de offi.dele.ca.paſtolaris de offi.ordi.l.a Iudice. C. de iudi.& quãuis proprie & † ſtrictim iuriſdictionis
3 appellatione nõ delegata veniat, Quemadomodũ Bartol.& alij poſt docuere.in d.l.ait pretor, in legibus tamen & Iuriſ. Romani diſpoſitione iudices appellari ſoliti ſunt.

4 Plane cũ omnibus † cõceſsũ ſit iudicibus eccleſiaſticis, brachiũ poſſe acclamare ſeculare.c.1.de offi.ordi.& ſup.1.2.& 3.cap. Quis in delegatis poterit abnegare? Quod ſi quiſpiã delegatos nõ iudices eſſe velit, ſed eccleſiaſticas tãtũ perſonas,&his quoq; auxilij poſtulatio minime denegatur.c.administratores, in verbis, ab epiſcopis & eccleſiaſticis viris 23.q.5.atque ideo in hanc crebius ſententiam itum eſt. Archi.in d.ca.adminiſtratores.Fedri.de Senis.conſil.163.Panor.Imol.Felin.& Deci. in ca.ſignificaſti vbi antea ex vetuſtioribus Innocẽ.nu.3.de offi.dele. Lap.in ca.vt officium.§. denique de Hereti.Oldra.conſil.89. Lupus in Repe.Ru.de donatio.in.vi.& vxo.2.notab.§.ſed eſt pulchra dubitatio. nu.17.Cardin.in Clem.1.q.10.de offi.or.Rola. a Vall.conſil.37.nu.1.li.1.Bermo.tract.de pub.concu.in verbo curent à ſubditis nu.8.Alber.& Caſtren.in l.Epiſcopale c.de epiſ.& cleri.Bal.& Sali.in l.in criminali C.de Iuriſ.om.iu.Azpil.in c. cum cõtingat.remed.1.nu.1.de reſ.Salzed.in praxi ad Diaz. de lu.capi.160.nu.8.Azebe.in.l.15.nu.3.titu.1.lib.4. Meno. de recup. poſſe reme.3. num.359. Couar. in pract.cap.10. nu.1.Rebuff.in.ll.Reg.3.to. titu. de Contu.nu.39.Et ex his quos Citterior hæc Hiſpania peperit Bellu.in ſpecu. Prin. Rub.11.§.& quę dicta à nu.1.vbi Borrell.ad eum, in verbo, Delegatus.Portoleſi.olim Ilerde.condiſcipulus in Schol.ad Molin.§.Iudex.nu.91.ex Germanis nouiſſe Gail.li.1.obſer
5 ua.115.nu.10.Déq; † apud nos nulla eſt controuertia, lege enim regia ca.2.de lite.requiſito.id terminatũ viderim:& ſi cõſpiciã Abba.antiquũ aliud ſenſiſſe.in ca.ſignificaſti.de offi. dele.Arch.in ca.vt officiũ de Here.Calca.cõſ.119.& aſſeuerãt gloſam fuiſſe Bernardi.in.ca.ſina.de offi.dele.& ſi nũc in

ter illius glosem mata minime repertitur: Mar. Mant. li. 10. obserua. capi. 92. Sed & Fran. Peng. nunc rotæ auditor Romanę clarissimus, in hãc ipsam concendit sententiã in scho. ad Directo. Inquisito. li. 3. Schol. 115. fo. 220. Non ij meliorem quam Romanæ praxis argumentationem adferunt: †
6 si enim (aiunt) delegato implorare seculare liceret auxiliũ, non ipsis opus clausula foret, Inuocato si opus sit brachio seculari, sed cum non possint, concedit Pontifex, frustatoria enim foret alioquin cõcessio. argu. l. 1. de peti. bono. subla.
7 Tolletur. † autem argumentatio facile, non ideo Rom. põti. clausulam inserere, Quod delegatis potestas deficiat, nã & sepius quę a iure insunt, rescrip tis adijcit suis. Bellu. in. d.
8 §. nu. 1. Et † que solita sint, stillum tantum referunt; Mãdo. in pract. comissio. for. 2. vers. auxiliũque. Salzed. d. ca. 160. nume. 8. Auil. d. ca. pretorum. ca. 26. nu. 27. Azpil. in d. ca. cũ contingat. d. reme. 1. nu. 2.

Maior certe ratio delegatos iuuat auxilium inuocandi, quã ordinarios, illi superiores. ca. sane. ca. pastoralis. de offi. dele. Quod non iniucunde alijs comprobat. Bellu. d. §. nu. 2.

9 Neque existimauerim † speciale in heresi vt id delegati possint in ea, vti Archi. & alij scripserũt ex tex. in ca. vt officiũ. §. deniq; de Hęre. in 6. huic enim refructario etsi Tudis. ausus respondere non fuerit Deci. nu. 4. & alij in d. ca. significasti satisfaciunt nõ Roma. Pontificẽ Inquisitoribus tantũ heretice prauitatis delegatis specialiter indulgere vt brachiũ implorẽt seculare sed cõmunibus inherens iuris regulis precipit, vt queuis alijs cõcessa Iudicibus apostolicis, eisdẽ liberius mãdata intelligãtur, exequãturq; At inuocare brachiũ seculare omnibus conceditur, vel ordinarijs aut delegatis. Auil. 5.

10 Ex † his dubitatio maxima prodit. an delegatos oporteat priusquã auxilium deprecẽtur secularis, episcopum loci interpellare vt auxilium ferat & opituletur: Crediderunt enim plerique id facere delegatos oportere, alioquin iuste his brachium denegari seculare. Nam cum subsidiarium

sit

ſit,neque ad illud conſequemdum peruenirì niſi in ſubſi-
dium poſsit, vt multis ca.3. oſtendimus, nefas videretur in
alienam prius meſſem poteſtatis ſecularis manum mittere,
quā ſuā prius eccleſiaſticam exegitauerint: Atq; ideo ex an-
tiquioribus Guiler.de Mon.laud.hanc prius docuit ſenten-
tia in clem.Iudices de offi. ordi. vbi Cardi. q.10. Decius ſe-
quitur in d.c.ſignificaſti.nu.4.verſ. retēta cōmuni opinione
de offi.delega.Filin.ibidē Rolan.a Vall.d.conſ.37.nu.5.li.1.
11 Verū hæc † opinio vera nō eſt neq; defendi poteſt licet
viderim neminē obiecto Cardinal. hucuſque reſpondiſſe
recte: Et ſi enim ſubſidiaria ſit acclamatio illa, Quoad ſecu-
larem poteſtatem lemma intelligendum eſt non eccleſia-
ſticam; Neque vſquam auditū Epiſcopum priuſquam au-
xilium auocet ſeculare, Archipiſcopū priusvt iuuerit ipſum
interpellare teneri,aut Archipiſcopos Roma. Pontiſicem.
12 Porro delegatus † ordinarium iuriſdictione cauſę,ſupe-
rat.ca.ſane.ca.paſtoralis de offi.dele.precipit,iubet, & man
dat ordinario.ca.ſignificaſti de offi.ordi.cenſuris aduerſus
ordinarium agit, neque lite finita ordinarius cauſæ conſe-
quitur cognitionem, quamquam moreretur delegatus.
Bellu.mox recenſendus, Qui non male argumentatur, cū
tota ſit cauſæ delegati iuriſdictio, cur ordinarium adire
cogetur? vt non immerito quibuſdam adductus rationi-
bus.Fedri.de Sen. conſ. 167. veram non eſſe Guiler.& ſe-
quiorum opinionem oſtendat. Et Mar.deciſsio.72.num.4.
1.par. Azpil.in d.ca.cum contringat 1.Reme.nu.3. de reſc.
erudite Bellu. in ſpe. prin. Rub.11.§.& que dicta.numero
2.3.Salzed.d.cap.160.numer.8.verſi.Nęc debet Iudex de-
legatus.
13 Sed neq; † Cardinal.vt me prior Azpil.animaduertid indiſ-
criminatim docuit delegatū,ordinarij prius eccleſię auxiliū
inuocare cōpelli,voluit tātum executionē quę in bonis ſit
laicorū,ſubſidij ſecularis interpellatione ſimplici expediri,
executione ſeculari mādata.Iudici,ſin minus,ſi neque ipſe,
auocare ordi.vt iuuet poterit,ſi neq; ille poſsit,ſecularis adeū
da po-

da poteſtas erit: Tres Car. conſtituit gradus, de delegato primus: Alterũ, cũ ordinarij eccleſiæ delegatus auxiliũ flagitat Tertiũ, vbi ſeculaꝛẽ interpellat poteſtatẽ. Cœterũ nullꝰ abnegare poteſt vbi vellit delegatꝰ, ordinarij auxiliũ poſſe inuocare, ne in illius cõmodũ ſtatuta. ſibi odio fiãt. Bellu. 5. nu. 3. Salzed. licet Bellugæ non meminerit d. ca. 160. nu. 8. in verſ. Nec debet Iudex delegatus.

14 Sane † vno caſu ſuſtineri Guiler. Dec. & Rolã. opinionẽ putauerim, cũ inter delegatos duos cõtẽtio foret quis eorũ videretur eſſe maior, quod diuerſa eſſent reſcripta & difficile quis iuſtus iudex foret diſcernere, quilibet autẽ brachiũ imploraret ſeculare, nõ enim ſecularis in hac ſpecie auxiliũ impartiri teneretur, quoaduſq; ordiña. eccle. iudicaret quis eorũ vere afforet delegatus cui parẽdũ c. cũ cõtingat de reſ.

15 preclare. Bell. ſup. n. 3. ad finẽ Quoties † enim (ait ille) n. 4. delegatus extra cauſam delinquit, ſe ſuo auſu iuriſdictioni ordinarij Subicit. Cy. in Auth. qua. in prouincia. C. vbi crim.

16 Illud plane † in comperto eſt, delegatum iudicem qui auxiliũ poſtulat, ſuę iuriſdictionis poteſtatiſque fidẽ facere oportere iudicibus ſecularibus, & nõ aliter ipſũ eos iuuare

17 teneri: nõ enim delegata † preſumitur (quæ facti ſit) iuriſdictio. Bal. & Sali. in l. in criminali C. de Iu. om. Iu. quinimo qui ſecus faxint iudices ſeculares ſcripſerũt dignos vt male multentur. & Fedri. de ſen. cõſi. 251. Calca. conſi. 119. Rol. d. conſil. 37. nu. 2. Natt. conſil. 519. nu. 37. li. 3. Salzed. d. cap. 160. nu. 8. verſi. eſt neceſſarium.

18 Quamquam † animaduertere velim Azpil. Qui Bellu. traditionem non viderat, ſenſiſſe d. reme. nu. 9. duobus brachium ſeculare in eadem cauſa implorantibus, & inuicem contendentibus, ſecularẽ Iudicem amborum auocato proceſſu diligẽter exquiſiturum vt iuſtius inuocanti brachium ſubueniat; verior enim Bellu. traditio videtur, vt ad Iudicẽ pertineat ordinarium eccleſiaſticum id decernere non ad ſecularem, Qui eum poſt iuuabit quem vere delegatum eccleſiaſticus pronunciauerit.

SVM-

SVMMARIVM.

Executor

28 *Executor cum de causa cognoscere nequit, executionem non differt.*
29 *Cognitio causæ ad quem pertineat vbi inter sese disceptant ecclesiastici & seculares.*
30 *Preuentio locum habet in criminibus mixtis.*
31 *Iudices seculares in mixtis criminibus pares sunt cum ecclesiastici.*
32 *Iudcx ecclesiasticus nõ indiget brachio seculari, cum criminis canonici pœnis multat.*
33 *Iudices seculares non cognoscunt petito a his brachio seculari de causis ciuilibus in ecclesiastica curia agitatis.*
34 *Iudex secularis qualem, qualem interponit causæ cognitionẽ in ciuilibus, ipsius brachio implorato.*
35 *Executor mocrus iniquam non cogitur exequi sententiam.*
36 *Citatio requiritur inuocato brachio seculari.*
37 *Bellu opinio.*
38 *Iudex secularis cognoscit inuocato brachio quando nullitas sententiæ ecclisiastici iudicis proponitur.*
39 *Executor, nullam sententiam exequi non cogitur.*
40 *Iudex secularis iuuocato brachio, de nullitate cognoscit, quę illico probanda sit, secus aliter.*
41 *Iudex secularis inuocato illius brachio nõ dicitur inferior, sed par & æqualis cum ecclesiastico.*
42 *Cathalonie pruxis in inuocatione brachij secularis.*
43 *Executori quid liceat.*
44 *Iudex secularis inuocato brachio vbi iniusta dicitur ecclesiastici sententia, cognoscet.*
45 *Auxiliũ brachij secularis non debet imparliri, nisi ad ea que*
46 *deo placent.*
47 *Iniustitia euidens nullitati comparatur.*
48 *Auxilium iniuste sententiæ non datur.*
49 *Alciati Cauillus.*
50 *SalZedi argumentatio.*
AZpil. solutio.

Auxi-

51 *Auxiliū braebij secularis appellatione interposita, denegatur.*
52 *Appellatio licita impedit auxilium brachij secularis.*
53 *Appellatio in possessorijs non impedit brachium seculare.*
54 *Alciat. consilium.*
55 *Appellatione interposita iuste secularis auxilium denegat.*
56 *Iudex secularis vbi appellationi delatum non fuit ecclesiastici, deferēdum tamen erat, iuste ecclesiastico auxilium denegat.*
57 *Iudices seculares brachium denegant, vbi aduersus exemplū ab ordinario lata fuit sententia.*
58 *Iudices seculares aduersus exemplum de exemptioue illico docentem, brachium non concedunt.*
59 *Opinio Authoris ex 5. co. Tridentino.*
60 *Auxilium brachij secularis iudici incompetenti non datur.*
61 *Auxilium brachij secularis aduersus excomunicatum qualiter detur.*
62 *Ordinarij litteris testantibus quem excomunicatum, Quando credendum.*
63 *Ordinarij litteris dicentibus quem excomunicatum credi.*
64 *Roman. & aliorum opinio.*
65 *Rotæ in nouissimis, opinio. Dida. & aliorum.*
66 *Mascar sententia.*
67 *Auxilium brachij secularis in extraindicialibus qualiter detur.*
68 *Iudici de facto exequenti, impune resisti.*
69 *Iudex secularis sponte quando brachium suum concedat.*
70 *Iudex secularis iniusto ecclesiastici præcepto, iuste denegat auxilium.*
71 *Iudex secularis iuste denegat auxilium ecclesiastico qui quēquam non monitione præmissa excomunicat.*
72 *Iudex secularis in extraiudicialibus præceptis ecclesiastici, ab illis interposita appellatione auxilium denegat, non aliter.*

SECV-

SECVLARES IVDICES quorum auxilium postulatur qualem causę cognitionem ante concessionem adhibeant.

CAP. SEPTIMVM.



No omnes ore clamistant nostri, seculares non pro arbitrio iuuare suo ecclesiasticos iudices brachio posse sed cognitione adhibita, appensate, & † cõsulto an ecclesiastici auxiliũ deprecãtis iudicis iustum sit nec ne. Atque hac regula (Cõmune interpretum nostrorum malum) veluti pertica vna, omnes metiuntur & decidunt casus. Ipse vt intricatum & diffusum articulũ multis dispersum in vnum clare & familiater locũ coaceruem & explicem, quasdam instituam inspectiones quibus, quando & vbi seculare sit auxilium prestandũ, vel hebetes aut ignari omnes facile percipient.

2 Hanc igitur † omnes regulã docent, in brachij secularis, seculares iudices concessione, agnoscere prius oportere sũmatim, an auxilium sit concedendum nec ne; ne celeri propenso & veluti precipiti ducti voluntate iudices, iuris ordine pretermisso subsidiarium alioquim impartiantur auxilium: Et quod plerumque tam delicati sint iudices, ecclesiastici vt illico sepius secularem auocent potestatem & alienum petãt iuuamen. Innocen. in ca. 1. de sta. mona. in. 6. Oldra. consil. 89. Fedri. de Se. consil. 251. Ancha. cõsil. 382.

Castren.

Castren.in l. episcopale.c. de Epis. & cle. Calcan.in consil. 119. Felin. in ca. cum sit, in fine de fo. com. Afflic.vbi versill. Decisio.220.nu.9. & hos sequtus est Rolan.consil.37. nu.7.& 8.li.1.Bellu.in spe.princi.Rub.11.nu.41.ad mediũ §.tractandum.vers. & de his saltim summarie. Azpilcue.in ca.cum contingat.1.reme.nu.8.vers.ex predictis ex de rescrip. Did. Segu. in Directo. Iu.Eccles. licet is recedere videatur. nu. 33. 2.par. capi. 13. Receptissimam post antiquiores Deci.in ca. atsi clerici de Iudi. Gram.consil.crim. 42.nu.1. Viui.inter communes verbo.Iudex laicus Iafred. Decis.88.Rebuf.in.ll.regias titu.de litte.requisi.nu.20.21. Bossi.in pract.crimi.titul.de fo.compe.nu.87.post Bartol. & alios in l à diuopio. §. sententiam de re. Iudi.Bere.consi. 3.nu. 15. Menoch.in commen.de reti.pos.remed.3.num. 160. Ex nostris, Auil. in cap. prætorum. cap. 20. verbo. vsurpan. num.20.Redin.de Maies.princi.verbo,sed etiam per legitimos tramites,a nu.142. Paz.in pract.2.to.in presa.num.6.Diaz.de Iu.in pract.cano.vbi Salzed.ad eum. d. ca.160.num. 17. Dida.Perezi.in l.4.titulo.1.lib.3. ordina. glo.3.vbi decisionis Afflic.meminit Portoles.olim Ilerdæ patriæ condiscipulus,ad Molin.§.iudex num.95.Bell. sup. Atzebed.in l. 15.titu.1.li.4.nu.1.Oliban.olim Ilerdæ preceptor ,regius huius Senatus Cathaloniæ consiliarius in Commenta. vsati. Alium namque cap. 15. numer. 31. iure nostro Cathalonię regio, dubitari nequit.ca.1.de Inuo. del bras.secula.Ex ordine, igitur obseruabit quisque inspectiones sequentes.

INSPECTIO PRIMA QVID in criminibus mere ecclesiasticis.

CAP. OCTAVVM.

3 Ntra † ecclesiastica primam hereseos crimen sedē occupet delicta. Et vt nouatores illi omnia spernuāt ecclesiæ dogmata sacrosancta, tépla diripiunt, sanctißimum Christi corpus dilaniant, depredantur ecclesias, benedicta lacerant, sic aduersus eos iura armari oportet, & sicuti aduersus fures omnis degenerat actio §. sic itaq; discrelis de Actio. aduersum hereticos queq; illa sint & excogitari poßint, quibus tam impia soboles extemplo queat exterminari. Et licet primipilarius, & iuris † auriga Bartol. in l. magistratibus
4 nume. 4. de Iuris. om. indi. docuerit in heresis crimine non seculares exequi nisi prius. Episcoporum, Inquisitorum ve accusationis viderint seriem & processum, simulq; an sententia executionem mercatur inspexerint; quem sequti fuere pleriq; & illius apud Cæsarei iuris interpetes Receptiorem dixerit Imol. in cap. 1. nume. 13. de Offic. Iu. ordina. Felin. in cap. ad abolendam de Hereti. Alcia. in d. cap. 1. glos. in verbo publicum. nume. 100. vbi antea Sicul. vsu receptam dicit. Ludo. in pract. crim. cap. 61. nume. 54. Igne in l. 1. §. si dominus nume. 41. ad Silla. Conrad. & quidam alij quos recensuit, & Salzed. in d. cap. 141. verbo nisi in crimine heresis. Septim catho. institu. cap. 36. num. 4. Mencha. de testame. §. 6. nume 16. lib. 1. Cur. Iun. in. l. magistratibus. nume. 4. de Iu. om. Iudi. videamus num iure defendi poßit, nequisquam post hac
5 quin verior contraria sit dubitare poßit. Bartholi † ecclesia floruit ætate, nullis tunc impiorum nugis, nullis hereticorum incunrionibus vti nunc exagitabatur, fœlicißimis illis temporibus nulli erant nouatores, nullus sacrosanctæ ecclesiæ Romanæ dogmata aspernabatur, sed cum infœ-

licißima

licifsima hereticorũ rabies omnia perturbauerit; rigidius nunc aduersus eos agendum vt quę de nouo emergunt noua ope confringantur & pereant.

7 Mouetur Bartol. † (neque alia vtitur argumentatione, tex. in §. siquis aliquem. vers. si vero crimina, in Auth. de Sanctisi. Episco. Qui cum non in crimine heresis loquatur, nostram verius receptiorem nõ infringit sentemtiam. Sed inficiari potest tex. illum in criminibus loqui mere ecclesiasticis, sed mixtis, quorum cognitio ad vtramque pertinet potestatem. Et vt plane finiam, nec & si in heresis crimine loqueretur obseruandus foret quod illius punitio non ad Reges & Principes seculares, sed ad ecclesiã pertineat. Sane Cæsarum placita non ecclesias ipsarumue iura pertingere possunt, vti à me hoc libro cap. 4. fusius. Post Bartol. qui illius sequuntur sententiam, tex. adferunt in cap. † cum non ab homine de Iu. vbi de gradanto & secularibus tradito clerico seculares agnoscunt an ex lij grauiorue indicenda sit pœna. Sed neque ille text. Bartol. iuuat sententiam, nam non in hæretico loquitur clerico; Sed in qui alia admisit facinora, furtum, homicidium, periurium, Heresis autem crimenmere ecclesiasticum est. precensit Solutionem Clar. in d. §. fina. questio. 96. nume. 7. vers. Qum etiam. Bellug. in specul. princi. Rubri. 11. §. tractandum. num. 3. admedium Porro Alciat. in d. ca. 1. num. 100. tribus tuetur Bartol. opinionem rationibus. † primam excipit a ca. circunciliones. 23. q. 5. hereticos, heresi etiam secularis fieri iurisdictionis. Sed illum tex. non vidisse Alcia. iudicarim, quod nec de heresi vel hereticis loquatur. sed homicidis quibusdam & inuasoribns clericorũ. Altero † dimonetur tex. Alciat. ca. super eo de heret. in 6. vbi qui in abiuratam cecidere heresim, seculari decernũtur iudicio, nusquã ab ecclesia audiẽdi. His sane verbis, cognitioné in hereticos seculares habere potestates, agnoscimus. Sed leuis argumẽtatio est. Cũ † Iudicij

(Margin numbers, at the lines where the † marks fall: 8 beside "runt in cap. † cum non ab homine", 9 beside "nem rationibus. † primam", 10 beside "soribns clericorũ. Altero †", 11 beside "states, agnoscimus ... Cũ † Iudicij".)

nomen varium ſit,& innumeros ſub ſe ſignificatus contineat;quos Panor.Felin.Deci.& Rip.coaceruant in Rubrica de Iudi.&.Iaſſ.in RubricaC. eo.titu.Maran.de ordi.Iu-
12 di.in principio.Vt † verius eſſe noſtri crediderint ex ſubiecta materia illius ſignificationem fore aſſumendam Bal. in c.1.§.donare ex eodem tex.Quali feud.alie Deci.in ru. de Iudi.nu.5.Meno.de Arbi.Iud.qq.lib.1.queſ.8.nu.14. cũ ſequen.nõ igitur in illo tex.in vero ſumitur iudicio ſignificatũ,ſed ex ſubiecta materia, pro deliberatione authoritate,auxilio,fauore quem ſeculares iudices eccleſiaſtico
13 exequenti impendunt, ſic & apud † iura noſtra ſepius in hoc ſenſu vſurpatur.c.1.62.diſt.ca.ſicut.2.q.7.l.Thais.§.lucius de fidei.liberta.vt modo alia pretercam iura multa.

14 Tertiam Alciat.ſubiungit,nam † inquit,etiam mœrus executor cognoſcit in criminalibus, ne iniuſtam exequatur ſententiam.Quoniam (vt ille ait.) de irreparabili agitur preiudicio.Panor.& alij turmatim in ca.ſi quando de Reſcrip.Sed & tertia hæc ratio leuis eſt, etſi enim lemma verum ſit, & executor iniquam cogi exequi ſententiã ne-
15 queat,id tũc † vindicat cũ de crimine alioquin cognoſcere poteſt,at hereſis crimen, eccleſiaſticũ eſt & illius cognitio
16 ſecularibus denegatur:c.vt inquiſitioni.§.† prohibemus. de Here.in 6.Bellu.&alij ſup.& licet huic textui facere ſatis Barba.&Alciat.velint,dũ in eo laborẽt,in feliciter deficiũt: Quis enim dicet vt illi?§.prohibemus, cauſæ cognitionẽ totam interdicere, non qualemqualem:cum in modum regulę loquatur,& generaliter hereſeos cognitionem quibus cunque interdixerit ſecularibus poteſtatibus.

17 Deterius verba §.illius † (prõpte exequẽtur) exponũt: habent enim (Ait Alciat.) latitudinem verba illa:& ſic interpretãda,vt quę ad oficium pertinẽt ſecularis poteſtatis nõ abiiciant,cui cũ detur proceſſũ & acta circũſpicere,aliquibus poterit executionẽ differre diebus:Nõ ego inficio ex ſubiecta materia verã Alciat.argumentationem;ſed in

here

heresis crimine abnegarim libēter, quod mora sit periculū allatura, & quia ex materia subiecta verba illa (prompte exequantur) propriam retineant naturā, quod sepius dixerim nō laicos de heresi cognoscere, quod crimen ecclesiasticum sit totum.

18 Vnde † in alterā deflectunt sententiam plures, quamque idem Alciat. receptiorem fatetur: Panor. in ca. 1. nu. 11. de. offi. ordin. vbi Inno. Simā. in chato. Insti. cap. 36. nu. 3. Diaz in pract. Cano. ca. 141. vbi Salzed. ad eum & receptoribus ad scripsit Bero. in ca. atsi clerici. nu. 79. de Iudi. Bossi. in pract. crimi. titu. de. Here. nu. 35. obseruari eandem. Clar. in §. fina. ques. 96. nume. 7. Afflic. in pref. ad consti. reg. Sci. in verbo. (gladij. Alpho. de Castro. de Ius. here. Puni. lib. 1. c. 23. Villa. tract. de Here. q. 19. Rojas. singula. 107. & trac. de Here. 2. par. quęs. 50. Rebuf. in ll. Reg. 2. tom. titu. de litt. requisito. nu. 20. Gam. decisio. 207. nu. 6. Scap. tracta. de Iu. no. Scrip. lib. 6. ca. 132. & falsam Bartol. sentētiam dixit Areti. in ca. at si clerici §. de adulterijs ex. de Iudi.

Pontificia rursus Questionem quondam terminatam Bonifacij octaui cōstitutione fuisse refert Bernar. cō. apud iuris lucernā, verbo. Executio. Auil. in c. pretorū. c. 20. nu. 20. celeri enim manu extēplo iudices seculares exequi inquisitorū heretice prauitatis sentētias iubētur. Frācis. Pegn. auditor Rotę Romane ex his quos ab hac citteriori Hispania Catholicus deligit Rex. ad directo. Ingutsito. par. 3. Schol. ca. 36. vbi & locorum consuetudinem Seruandam post longam dixit disputationem.

19 Sed & eo loci † Cathalonie & huius alme vrbis Barchino. morem refert, cum Inquisitorum studio & iussu hereticorum de superiori loco & supremis subselijs processus & acta publice referunturauocato regio senatu ab altera parte sedenti toto, Inquisitorū prespecta sententia, id ipsum senatus concludit Regius. iubetq; regio nomine, iuris penas in hereticos dari: Et Anto. Oliban. preceptor noster Ilerde

 eru-

eruditus in commen. vsat. Alium nãque c. 15. nu. 55. ad me diũ. Sine cũctatione igitur parẽdũ Inquisitorib' vt male mi
20 hi audire videantur antiquiores quos & Mẽcha. † sequitur dũ alia negãt, argumẽtatione inquisitorũ sentẽtiã aduersus hereticos exequendã, illico nisi cognitione adhibita, quod in parẽ pur imperio careat, & secularis potestas ecclesiastice nõ subijciatur, hæc enim argumẽtatio etsi in ceteris vera sit, in heresis impia crimine, nõ enim par aut æqualis est potestas secularis hec vnũ, altera vtrumque in hoc crimine gladium defert.: dixi sup. cap. 4.

21 Displicet † itidem Salze. traditio d. c. 141. dũ sua adnotatione Versic. est quęstio hæc diffinita, decretum recensens Innocen. Quarti: locorum quorundam Italiæ cõsuetudinẽ refert, vbi damnatos de heresi viros, tribus plus minusue diebus carceribus clausos retinent, priusquam eos nec tra-
22 dant. Eum (inquit) morem † Inno. Quartus probare suis verbis videtur, Recipiat statim, vel infra quinque dies ad minus. Non enim illa verba ad cognitionem criminis referẽda, vel vt ille opinatur potestates seculares haud illico traditos hereticos damnare cogi: voluit autem Rectores, vel alios Iudices seculares ab inquisitoribus damnatos hereticos & illis traditos, recipere statim, secum ducere, vel infra quinque ad minus dies teneri, vt eos vel igni tradere aut male multare sicut iura iubent, possint: apertissime verba hũc sensum indicant, illis, Damnatos vero de heresi per diocesaneum vel eius vicarium, seu per Inquisitores predictos, potestas vel Rector, vel eius nuntius specialis eos sibi relictos recipiat statim vel infra quinque dies adminus, circa eos constitutiones contra tales æditas seruaturos. Hec verba: cum fieri possit vt, vel prædefectu familiæ executorum aut carceris, non statim Secularis hereticos potestas recipere possit.

SE-

SECVNDA INSPECTIO circa alia crimina omnino ecclesiastica.

CAP. NONVM.

23 Lia nunc † decurramus ecclesiastica crimina tota, quæ illa sint Clarus admonet in §. final. q. 37. nu. 1. & seq. & alij passim, idem plane ius in his constituẽdum sicut in heresis crimine: Crediderunt multi in his, seculares iudices quorum inuocatur presidium nõ cognoscere posse, an iusta sit ecclesiastici iudicis sententia sed illico eandem exequi oportere.

24 Valida testãtur † ratione opinionẽ, quod cũ inquirere de ecclesiasticis criminibus seculari prohibitũ fuerit, potestati. §. si vero crimen in Auth. de Ecclesi. titul. alias sub Rubr. de Sanctis. Episc. ca. vt inquisitionis §. prohibemus de Hereti. in 6. Auth. clericus qui vbi Bal. c. de Epis. & cleri. (quo tex. Angel. adductus. Guiler. & Bartol. reprehendit aliud existimantes vt mox dixerim, in d. l. magistratibus de Iuris. om. Iudi. illius enim immemores fuisse scribit;) Iustũ æqumque visum est maioribus nostris, vt qui inquirere aut cognoscere de criminibus omnino nequeãt ecclesiasticis, obtemperare sine cunctatione eisdem teneantur; Ne quidem via vna prohibita, altera permissa videantur. ca. cum quid de Regu. Iur. Hanc † crebiorem dixere apud
25 Iuris canonici interpretes. Alciat. in d. ca. 1. de Iudi. nume. 100. Bossi. in prac. crim. Ru. de fo. compet. nume. 87. Clar. post Bero. Cagnol. & alios quosdam, in pract. Crim. §. fina. Ques. 96. nume. 7. alios plerosque Sim. in catho. institu. ca. 36. nume. 13. Villa. in tract. de here. Ques. 19. Igneu. in l. 1. §. cum dominus nu. 41. ad Silla. 5. c. Paz. ex Neoteri-

cis in pract.2.to.in pref.nu.10.verſ.in criminibus vero. Az pil.receptiori ad ſtipulatur in ca.cum contringat reme. 1. nu.6.de reſcrip.Redin.de maieſt.princi.2.par.in verbis,nõ ſolum armis.nu.150.& quẽ nullus adducit,Bellug.in ſpecu.princi.§.tractandum.nu.3.& 4.

26 Cenſuere † alij neq; illis pauciores,preter hereſeos crimẽ ſeculares iudices niſi ab eccleſiaſtco panditis prius iudicio rũ actis haud aliter iuuare autſuũ impartiri auxiliũ cogi:nõ quod iudicatũ infringere poſsint,ſed vt,an petiti auxilij iuſta ſit poſtulatio proceſſu animum inſtruant & informent Panor.in d.ca.1.nu.12. de offi.ordi.Inno.in c.1.de ſta. mona.Oldra.d.conſil.89.Anchar.conſil.132.Fedri.cõſil.251. Caſtren.in l.Epiſcopale C.de Epiſ.& cleri.eos recẽſuit Rolan.conſil.37.nu.7.li.1.Nalt.conſil.519.li.3.Diaz. de lu. in pract.cano.ca.133.Azebed.in l.15.nu.45.& 6.li.1.titu.4. Moran. diſpu. 1. vbi ad vtramque partem.Auil.in ca.preto.ca.20.nu.20.Did.Perezi.in l.4.titu.1.li.3. ordina. Afflic. Deciſi.220.nu.9. vbi Vrcil. Azpil. in d.ca. cum contingat. reme. 1. in extremis verbis Salzed.d.cap.160. nume.11. Segur.in directo.Iud.eccleſi.2.par.ca.17. nume.33.Mencha.tract.de Succeſ. creatio. li.1. §.6.nu.16.ad medium in verſi. contrariam opinionem Oliban.in comm.vſa.alium namque ca.14.nu.54.verſ.Cœterũ in criminibus:Et hanc ipſam opinionem citra cauillũ receptiorẽ cenſeo,quãquã

27 nõ mihi multũ arrideat: † Nã argumẽtatio potiſsima qua hãc defendũt,infringi poteſt:Aiũt,de preiudicio agi in crinibus cohercẽdis irrefragabili:tũ quod executor, & ſi executorẽ cõfiteamur(cũ nõ ſit ſed par)Iudex ſecularis,iniuſtã non cogitur ſentẽtiã exequi.Tudiſ.& alij gregatim in d.ca. ſi quãdo de Reſcrip.Alcia.ſup. nu.3. Azpil.dicto reme.nu.

28 6.&.7.Afflic.d.§decifio.220.nu.9.Retundi † enim obiectũ poteſt vt vindicet cũ executor alioquin de cauſa cognoſcere poſſet,poteſt ſane tũc ille executionẽ differre & cognoſcere,vbi nequit executor(quia res eccleſiaſtice ſint)refracta

fractario locus nõ est vt Bellug.& alij superius animaduertũt. Neq; male scripsit Segu.d.c.nu.33.frustratoriã quidem fore sentẽtiã, nisi verã priorem dixeris, quod ecclesiasticus secularẽ distringere potestatẽ excomunicatione possit, vt iuuet & auxiliũ impartiatur, leui enim ex causa seculari liceret resilire, & nõ recte instructum processum affirmare atque ita disciplinã eludere ecclesiasticã, neq; obtẽperare.
29 Porro † cũ inter ecclesiasticũ & secularem agitur quis eorum legitimus & competens sit cognitio ecclesiastico datur vti superius. Dida. in pract. quęs. ca.33.a nu.1. Et si in Cathalonia aliam praxis amplectatur consuetudinem: ita fieret vt quandocunque ecclesiastici iudicis iussa obtemperanda sint: alia quedam absurda non iniucunde Segura depromsit illic.

INSPECTIO TERtia quid in criminibus mixtis.

CAP. DECIMVM.

30 Conueniũt † omnes neque dissentit quisquã in criminibus mixtis (quę Clar. recensuit in d.§. fina. Quęs.37. nu.1. in quibus iudicum quisq; seculariũ aut ecclesiæ, alterius preuenire cognitionẽ potest, non seculares magistratus auxilij sui copias ecclesiasticis cogi iudicibus impartiri, nisi summatim & breuiloce, saltim acta viderint ecclesiastici iudicis, ne forsan inique aut iniuste, quę executionem non meretur subsidium largiatur sententię.§. si vero crimen, in aut. de sancti. Epis.
31 Nõ enim † in hac specie vti inferior laicus sed ęqualis cognoscet neq; Itidem mœrus est executor. vti probe Panor.

ſcripſit in d.ca.1.de offi.ordi.Anto.de Bu.Inno.Sicul.Imo. Alciat.nu.119.in d.ca.1.confutato Angel. & Salicet.intellectu ad d.§.ſi vero crimen, quem aliter illi perceperant. Clar.in d.§.fina.96.nu.7.Boſsi.in pract.crim.titu.de fo. cõ. nu.87.Diaz de Lu.in pract.cano.c.133.Pazi.in practica.2. to.in prefa.nu.8.Salzed.in directo. iudi.eccleſiaſ.2. par.ca. 13.nu.33.Salzed.d.ca.160.nu.11.verſ.Nono eſt quidẽ obſeruandum.Oliban.in comm.vſa.alium namque.c.15.nu. 54.55.Bellu. quẽ adduxit nullus, in ſpecu.prin. Rub.11.§. tractandum.nu.2.verſ.in alijs vero cauſis.

32 Plane vbi † eccleſiaſticus canonicis multare penis reum vellet iudex,neq; auxilium poſtularet,ſed fa miliã qua ſentẽtiæ facilius executio fieret, nec cognoſcere ſecularis poſſet,non enim tum iudex vel executor eſt,ſed petitos tãtum ſatellites concedit & adminiſtros cõmodat, vt perpulchre docet Panor.in d.ca.1.vbi poſt cum alij.& Alciat. nu. 120. Salzed.d.ca.160.nu.11.verſ. etiam recepta ſententia. Pazi. d.prefa.nu.9.Oliban.d.ca.15.nu.57.in fine.

INSPECTIO QVARTA quid in ciuilibus iudicialibus.

CAP. VNDECIMVM.

33 Ciuiles nunc † Tranſcurramus Iudiciales in quibus ſuas dixerint eccleſiaſtici ſententias iudices : crebius interpretes docuere petito ab his auxilio ſecularibus, ne cognoſcant interdici, quos parere & obtemperare oporteat. Imol. in d. ca.1. Boſsi.in prac.crimi.titu.de fo.com.nu.87.Paz.in prac.2.to. in pref.

in pref. nu. 7. Salzed. d.ca. 160.nu.13.verſ.vndecimo hoc eodem tractatu. Bellu. in d. §. tractandum. nu.4. poſt Innocen.& alios quos adduxit. Tēperant autem interpretes multipliciter, referre ipſas oportet vt que vere ſint probentur.

34 Primo † nō tam præſe regulā intelligendam aiunt quin & ſi de iuſtitia cognoſcere ſecularis nequeat, poſsit tamen qualemcunque adhibere cognitionem, vt vel propenſius auxilietur aut deneget: ita fiet vt quæ executoribus datur cognitio, hec eiſdem concedatur.

35 Plane & † mœrus executor inquam non cogitur ſentētiā exequi. Archi. Ioan. And. Domi. Fran. Mona. & poſteriores in ca. ſi eo tēpore. de reſ. in 6. Tudis. & turmatim ceteri in c. ſi quādo de Reſ. Alciat. in ca. 1. nu. 108. de offi. ordi. & hac adducta ratione ſic fere omnes cēſuerunt. Oldra. Fed. de Sen. Anchar. Pau. de Caſ. Calca. Felin. & Afflic. deciſi. 220. quos recenſuit Rolā. cōſi. 37. nu. 7. li. 1. Natt. con. 529. Ioan. de Imol, in d. ca. 1. Boſsi. in pract. crim. titu. de fo. cōp. num. 87. Pazi. in prct. d. prefa. num. 7. verſ. quando iudex. eccleſiaſticus. Bellu. in ſpecu. Prin. Rub. 11. §. tractādū. nu. 4. ad finem & de his ſaltem ſummarie. Azpil. in d. ca. cum contringat. 1. remed nu. 7. & 8. Salzed. d. ca. 160. num. 13. verſi. vndecimo hoc eodem: Redin. de Maie. Prin. in verſi. ſed etiam per legitimos tramites a nu. 142. Auil. d. c. 20. Azebed. in l. 15. nu. 6. titu. 1. li. 4. Portoleſi. ad Molin. in §. Iudex. num. 94. 95. And. Gail. obſerua. 115. num. 4. & 6.

36 Opportune † igitur is aduerſus quē imploratur auxiliū in ius vocabitur ſi forſan exceptiones dixerit cur auxilium debeat denegari. Imol. Pazi. & alij ſup. Rebuf. in ll. Reg. titu. de litt. requiſito. num. 21. 22. Hanc praxis Cathaloniȩ amplexatur noſtre. Olib. in Commen. vſa. Alium namque ca. 15. nu. 56. verſ. In cauſis criminalibus. ex traditione Bar.

37 in l. adinopio §. ſentētiam de re. Iudi. † Quamquam Bellu. aliter cenſeat, & opinetur in Iudicialibus & extraiudicialibus

libus non in Ius vocationē exquiri vbi pars aduersum quã postulatur subsidium tacet, sed illico auxilium concedendum: nisi forte acclamatio illa auxilij iniqua foret, & iniusta vt ille ibi latius.

38 Temperant † secundo interpretes cũ nullitas diceretur sententie Iudicis ecclesiastici, non enim nulla exequenda sententia est, quæ nec nomen meretur sententiæ. Alciat. in d.ca.1.nu.108.de offi. ordi. etsi enim executor qui iniustã
39 scit sententiam, exequi eandem teneatur. ca. pastoralis §. quia vero. de offi. delega. Nullam † tamē exequi nõ cogitur, glosemma in d.§.ad notauit, eandemq; receptorē scripsit post Panor.& alios Azpil. in d.ca.si quãdo, in 1. Reme. nu.7. Bosi.& Auil.sup.Bellu.d.§.tractandum.nu.4. Salze. in d. cap.160. num.14.& num.12. vers. verum tamen est fusius Roland. Qui multas rationes, d.consil.37. nu. 13. vers. Quinto & vltim. Atzebed.d.l.15.num.6. tit.1. lib. 4. Gracian. regul.422.num.8. Natt. consil. 529. Portol. ad Molin.§. Iudex. numer.95.96. Nouissime Gail. obserua. 115.num.4.&.5.lib.1.

Restringit † paulisper Salzed. cum nullitas illico pro-
40 batur alioquin si longius peruestiganda foret: auxilium sæcularis non denegaret. Afflic. in præfa.consti. Scici. nu. 55.& nos latius cap.38. Sane non executor recte secula-
41 ris in hac specie appellatur † sed par & ęqualis; vnde quod vulgo (etsi verum foret) dicitur non executorē de iniquitate cognoscere sententiiæ posse, potestatē tamē secularē iuste conari: Azpil.sup.nu.7.& 8. Auil. d.ca.20.nu.20. Ca-
42 thalonię † Praxis hæc: vt in ius vocato reo, & eidem dilatione concessa, vt si quas habent exceptiones proferat, secularis non causæ merita, vel iniquitatem inquiret, illud aget, an ecclesiastico auxilium petēti iudici sit concedēdũ cætera eidem reicit iudici. Oliban. in commen. vsa. Aliũ namque cap.15.nu.56.

43 Neque † improbatum est iure nostro id licere executo-

ri, vti

ri, vti pulchre decidit Gam.decisi.207.nu.6.Bellu.d.§.nu. 4.diserte Maran.dis.1.a nu.1.

44 Tertio † non vindicare regulam arbitrantur multi cum iniustam reus apud secularem iudicẽ sententiam diceret vt sicut de nullitate cognoscere secularis potest, iniuste id ipsum sententiæ liceat: Et credidit Inno.in ca.cum in iure de offi.deleg. neque executorem iniustam cogi sententiã exequi. Panor.& alij turmatim in d.c.pastoralis.§.quia vero Cur.& purpur.in d. l. magistratibus de Iuris. om. Iudi. concinit tex.in ca.inter ceteras de re.Iudica. † Nam non

45 auxilium voluit Romanus pontifex a secularibus concedi, nisi ad ea quæ deo placent persequendum.d.ca.1.de offi. ordi. absit autem vt credamus iniustã Deo placere sentẽtiam posse, qui totus iustus & integer, sit cunctorum domi-

46 nus, † at iniusticia euidẽs nullitati comparatur, ex multis vanti.de nulli:proces. Rub. de nulli ex def.proces. nu.126. ex l. si pars de Inno.tes.clem. pastoralis de re.Iudi. d. cap. inter ceteras de Res.

47 Vnde † Innocen.in d.ca.cum in Iure de offi.dele.aperte docuit iniustæ sententiæ auxilium secularem non dare. Anchar. consi.382. Panor. & Alcia.in d.ca.1. nu.110. de offi.or. Mona. Archidia. Ioan. And. Fed.de Senis. Calca. Afflic. Azebed. Bellu. Redin. Auiles. quos recensui hac inspectione in principio. Salzed. d.ca. num.12. Portol.in Scho. ad Molin.§. iudex.num.94.& preter eos Azebed. in l. 15. nu.8.titu.1.li.4. And. Gail. li.1. obserua.115. num.4. & 5. de hac ipsa exeptione latius infra capi.38.versi. Non aliud censuere.

48 Incidit vero † Alciat.in ibi in refractariũ, qui fieri posit vt secularis iniustitiã ecclesiastici sua delegat cognitione, cum non seculari processum neq; iudicij acta prodere teneatur: Panor.ibidẽ.& Alciat.ceteri omnes passim in dicto cap. pastoralis §. quia vero. Alex. Cur.purpura.in d. l. magistratibus Dida.lib.1.resolu.c.1.nu.10.Salzed. nu.12.

ad

ad medium. Tollit obiectum Alciatus ipse aliūde posse secularem iustitiā percipere rei, si acta illa sua deferat & pro
49 cessum. † Reluctatur Salzed. & communem falsam putat Panor. & sequiorum sententiā: quia priuata secularis cognitione, auxilium denegare non posit ex Caieta. 2. secūdę quæst. 67. art. 2. & quod publica authoritate non fit, senté-
50 tię nequeat executionem retardare. Sed his † facile obiectis respondit prius Azpil. in d. remed. 1. non secularē executorē; sed æqualem & parem, eidemque qualem, qualem concedi cognitionem, sed quod iniustū sit & nullū executionem nullam mereri. Ceterum impie & iniuste gestorum auxilium petere ecclesiasticis interdici.

51 Quarto neq; † regula vindicat, cum reus appellat: iuste etenim tunc auxilium denegat secularis: nā appellatione pendente conquiescunt omnia, neq; nouare iudici quicquā licet. c. non solum de appella. li. 6. Habet enim appellatio præsumptionem, vt ea sedi sacrosanctæ Apostolicæ
52 deferatur. cap. dilecti. de appellatio. Sed id † ita intelligan-
53 dum cum appellare licet: alioquin † vt in possessoris, & his similibus contra Deci. subtiliter respondit cons. 28. ad finem. initur enim speciali regulæ hic aduersus alium
54 generalem † adeferenté. Quamquam Alciatus nu. 115. & 116. consultus facturum Ecclesiasticū Iudicem putat, si deferendum interloquatur, quod ea in dubijs opinio diligenda, qua vtriq; consultum sit parti, quæq; minus fuerit, onerosa l. 1. ff. siquis cautio, atq; ideo indubio non appellationem desertam iudicandum, vt ille inibi, & alij passim.

55 Sed ad cœptam † reuertamur traditionem, appellatione interposita secularis subsidium iuste recusat suspensa iudicis, à quo iurisdictione l. 1. ff. ad Terpil. & veluti priuata interim persona sit, non publica l. 3. de offic. præsid. cui impune pareri nō solet l. fin. de iurisd. omni. iudi. l. fi. C. si à nō comp. iudi. atque ita in hac controuersia censuere omnes Alberi. & Pau. de Cast. in l. Episcopale. C. de Episc. & cleri.

Oldrad.

Oldrad.consil.87.Deci. in d.cap. significasti nu.4. versi.2. limitatur.de offi. delega.Affli. in consti. Regni.in præfata. n.44.Menochi.de retin. possessi.rem.3. nu.360. ad finem. Portolesi. in scho.ad Molin.§.Iudex nu.98.Gail.lib.1.obser.115.nu.4.Roland.d.consil.37.nu.7.versi.quarto quod non habeat.Auf. de potest.secu.regu.4. nu.37. Azpil.in d. ca.cũ contingat dicto remed.n.7.versi.quarto respondeo, vbi idem, & in interlocutoria dixit sententia.de rescrip. Auil.in d.cap.20.verbo vsrpan. nu.25. Salzed. d. cap.160. nume. 18. versic. decimo tertio. vt casibus. scripsere id
56 ipsum plerique, vbi secularis appellatum † agnosceret, nec de latum appellationi deferendum tamen, & à denegatione iterum prouocatum, iudex secularis, neque auxilium dabit, nec obtemperare cogetur, vti perpulchre Afflic. scriptum reliquit in prooe. consti. scili. nume.48. Roland. vbi sic aresto senatus montis ferrati iudicatum scribit d.consil. 37. nume.13.Salzed.d.c.160.num.18. ad medium. & in versic. hæc tamen communis Bellu. d. §.
57 tractandum. num.3.& 4. hinc inferunt † interpretes non secularem potestatem iuuare ecclesiasticum cogi aduersum eum, qui se exemptum dicens ab Episcopi prouocat visitatione. Hic dubius magis casus est, quod Ius huic resistat, alteri assistat & opituletur.

Quam olim prior disputationem contenxuit Iohannes de Monte Merulo, quem Oldred. memorat consil.89. Episcopus de Prælato. Is igitur Oldrad. & Panorm. in d. cap. 1. existimarunt haud quidem secularem iuuare Episcopum, in hac specie, quod præsumetur exẽptum appellantem ius fouere: iniuste autem Espiscopum agere ex his, quę paulo ante. Declarat Panorm. †
58 ipse vbi ilico exemptus exemptionis ostendit priuilegium. cap. cum personæ de priuileg. in sexto Alioquin secus, cum episcopus iuri innitatur, & canonice regula. secutus fuit Oldrad.& Panor.traditionem Alcia.in d.ca.1. nu.114.

num.114.vbi aliter confirmat.Innocen.Domi. & Perusin. in cap.solet.de senten.excom.lib.6.Salzed. probat. d. cap. 160.nu.18.admedium.vbi Rotæ Decisio.adfert.

59 Verum † hæc opinio vix est vt iure nouo sacri Consilij Trident.admitti posit,quo religiose statutũ exẽptas quomodolibet ecclesias locorũ.ordinarios singulis visitare ecclesias annis posse,& opportunis iuris prouidere remedijs vt quæ repertatione indigent, reparentur, ne ve cura animarum,si quæ illis immineat minime defraudetur,appellationibus, priuilegijs quibuscumque vel cõsuetudinibus & si immemorabilibus non obstantibus cap.8.sesio.7. de reformartione cap.8.sesio.21.de reformatio.cap.8.9. 10.sesio.25.de refor.

60 Sexto † nec regulæ locus est cũ iudex incompetens est nec legitimus,cui impune auxilium denegabitur,Fedr.de sen.d.cons.351.col.2.Calcan.cons.19.Rolan.post Bald.& Salicet. in d. cons. 37. nu.3.& 4.Menoc.de retinenda possesio.reme.3.nu.360.& post Bellu.sup.Portolesi.in schol. ad Molin.§.iudex nu.94.

INSPECTIO QVINTA

Quid in excomunicatis.

CAP. XII.



61 FRequens vsu † & quotidiana agitabitur nunc quæstio, quid cum aduersus excõmunicatum auxilium ecclesiasticus postulat, suisque id secularibus testatur iudicibus,an litteris credent epis-

Episcoporum excõmunicatum asserentibus rerum. Anceps quæstio, in qua vtrinque communes certant opinio-
62 nes: crediderunt multi plurimum † his credendum litteris, quibus locorum ordinarij, quemquam excommunicatum asseuerent ex consi. Basilien. sessio. 20. cuius meminere Florentinus in sum. 3. par. tit. 25. cap. 3. Cosmas in prag. sanccion. tit. de excom. non vitan. in princip. Felin. in cap. ad probandum. de re iudicata Dida. in cap. alma
63 mater. 1. par. §. 3. de senten. excom. atq. ideo † voluere credi litteris ordinarij, glo. in cap. licet de senten. excommunicati lib. 6. Deci. in cap. Pastoralis. §. verum de senté. excom. & in cap. d. lecti num. 4. de appella. Felin. in cap. prudentiam. §. sexta num. 9. de offi. delega. Aufre. Decis. Tolosa. 300. vbi adden. receptam. Decius d. cap. Prudentiam. §. sexta num. 10. Imol. in cap. licet de sententia excõ. in 6. Anto. de But. in cap. pia. de exempti. & alij, quos secutus est Dida. d. §. 3. num. 1. Parisi. consi. 104. nu. 3. li. 4.
64 Ex † aduerso Romanus in l. 1. ff. de no. ope. nunc. idem Deci. in d. cap. prudentiam §. sexta. de officio de leg. nu. 10. Barba. ibi. ante eum Rota. decis. 8. alias. 400. subtitulo de sententia excommunica. quidquod & seruare curiam testatur nõ excomunicationem probari, siue in actione, vel exceptione: denunciatione dumtaxat. traditionem secuta Iohan. And. in cap. pia. de exep. qui eo tex. in verbis apertissimis documentis, hanc putat probari opinionem Bonifaci. in Clem. si summus. de sententia excommu. Fran. in cap. pastoralis §. verum. 3. notab. de appella. idem Fran. vbi præposi. in cap. dilectus de appella. Firmian. in reperto. verbo excommunicatio, & alii quidam, quod recensuit Mascar. de probatio. to. 2. conclu. 692. nume. 15. 16. & sequen.

65 Alij mediam † tenuere sententiam, & in hanc decurrunt opinionem, vt cum excommunicatio exceptione obijcitur perepmtoria. vel vbi de graui agitur præiudicio

non excommunicationem probari denunciatione, vbi dilatoria vtique. Rota in nouis decisio. 252. Panor. in d. §. sexta. Roma. consi. 349. dixit receptam, licet ille inibi contrarium. Deci in d. §. sexta Cosm. in prag. sancti. rub. de excommu. non vitan. in verbo denunciata. Didacus in d. §. num. 1. & 2. Salzed. in d. cap. 160. num. 15. versi. duodecima Panor. Imola. Domi. Rota, Fran. Archid. Iohan. And. Iohan. de S. Greg. Milis & alij plerique, quos seriatim affert. Mascard. d. conclu. 692. à num. 1. vsque ad 15.
66 qui numer. 19. †. aperte scripsit denunciatione, excommunicationem probari, eamque ipsam, crebiorem. Restringit tamen, & moderatur cum denunciatio excommunicationis certam continet formulam, idest speciem excommunicationis, excommunicantisque nomen d. cap. pia. §. 1. Domi. Fran. Felin. Rota, & numero plures, quos inibi refert. Verum æqua illa, benigna, nec minus cõmunis est, cõcilatio Pano. Rotę & Dida. à qua vix est vt iudicãdo rece dere fas sit. Vt igitur resoluã, nisi acta viderit, iustãque causam excommunicationis: secularis non suum largietur auxilium Salzed. d. cap. nu. 17.

INPECTIO SEXTA QVID in extraiudicialibus.

CAP. XIII.

67 
VNC † extraiudicialia perquiramus, quid cũ ecclesiasticus quicquam extraiudicialiter egit, & extraiudicialiter itidem brachium postulat. Et omnes in vnam conueniunt opinionem vt cum in his non ecclesiasticus maior sit, sed æqualis præcipere vt inuitus faciat, non potest seculari cap. cum ad verũ

99. d. c.

68 99.distinc. † Quinimo illud proditum fuit à legislatoribus, iudici extra iuris ordinem impune resisti: non enim vt iudex tunc: sed vt priuatus agit, l. prohibitum. de iure fis. lib.x. scriptores in cap. si quando. de officio deleg. Diffusius Menoch. in comment. de recu. possessi. remed. 8. num. 8. igitur citra ecclesiasticæ offendiculum disciplinæ secularis non obtemperat, Innocen. in cap. 1. de offi. ordin. vbi Alciat. num. 117. Salzed. d. cap. nu. 19. versi. decimo quarto. Azebet. in lib. 15. num. 8. ad med. titu. 1. lib. 4. Bellu. in d. §. tractandum rub. 11. num. 4. in principio vbi ille, etsi confuse pulchre huuc exagitat articulum, qui vt apertus post hac fiat ex eiusdem & antiquiorum traditionibus dupliciter Innocen. Alciat. & aliorum sententiam declarari posse autumo.

69 Primo † nisi velit parere sponte secularis, id tnnc maxime contingit cum is, aduersum, quem imploratur, tacet, nec quicquid obiicit, dum sciat auxilium acclamari: non enim volenti, & tacenti iniuria fit idem Bellug. nume. 4. in princ.

70 Sub declarauit † ille nisi iniustum omniuo præceptum viderit ecclesiastici, quod ex officio nou parere, & iudicis, iniustique præcepti depellere audaciam posset. l. si quis bella. C. vt nemo priua. l. sicut. C. de Pagan. interpretes ex eo tex. in l. vbi pactum. C. de transacti. Innocen. & Bald. in d. cap. 1. de officio ordina diximus sup. in specti. 2. Subinde

71 † pulchre intulit ecclesiastico non pareri iuste iudici, qui quæmuis non monitione præcedente excommunicaret cap. sacro. de senten. excommu. cap. constitutionem, eo tit. absentem, nec vocatum, vt hæc, & alia egregie inibi contexuit.

72 Secundo declaranda nisi ecclesiastici præceptum iudicis in extraiudicialibus sibi vti iudici ecclesiæ incumberet: etsi enim tunc cognitio deficeret causæ, ab eo ommissa, non præceptum irritaret illius, quemadmodum

modum Innocen. Archan.& ab eo alij adducti docuerũt, nisi & à præcepto foret prouocatum cap. concertationi. de appella. illo sane casu non extremò secuaris auxiliari teneretur. Quæ Bellu. diffusius exarauit illæ exquirendus.

SVMMARIVM.

1 *Potestates seculares vt puniantur auxilium denegando ecclesiæ, expedit reipublicæ.*

2 *Excommunicantur potestates seculores auxilium denegantes.*

3 *Menochij traditio affirmantis potestates seculares auxilium denegantes arbitrio puniri iudicium ecclesiæ: nunquam ab aliquo alio tradita.*

4 *Pœna arbitraria puniuntur, qui potestati malefactorem insequenti non auxiliantur.*

5 *Menochij traditio nullo iure: nec auctore probatur.*

6 *Magistratus seculares egregijs: puniri posse ab ecclesiasticis quauis pæna: indecens.*

7 *Interpretatio in pœnalibus & odiosis stringenda.*

8 *Menochius dicere ausus est, quod nullus alius.*

9 *Menochius vtinam tot casus iudicium arbitrio minime reliquisset.*

10 *Aristotelis pronunciatum aduersus Menochium.*

11 *Ordinarius tantum potest, brachium sculare inuocare: non alij iudices ecclesiastici.*

12 *Ordinarius iniustæ brachium inuocans & seculares excommunicans: dum hoc agit, potest ab eo appellari.*

QVALI POENA AVXILium postulatum secularis cogatur impartiri potestas.

CAP. XIIII.



1 ISI in † seculares pœna potestates daretur, auxilium denegantes, oleum, operamque totam canonicæ perdidisent sanctiones: neq; vero satis habueruut summi Pōtifices vt auxilium acclamantibus ecclesijs: seculares præstarent: sed præterea pœnam adiicere voluerunt: vt si forsan ex secularibus quispiam iudicibus morose cunctaretut: aut ceruicose resisteret, proteruos ecclesiarum prefecti & contumaces
2 cohercerēt & male multarent excommunicatione: † quæ neruus est ecclesiasticę disciplinę, dixit tex. in cap. 3. sesionis. 25. Consi. Triden. sic sane statuere Pontifices in ca. 2. de maledi. cano. administratores. 23. q. 5. Panor. num. 11. in d. cap. 1. de officio ordinarij, vbi alij post Alcia. nu. 123. Lup. in cap per vestras. de donatioi. in. vir. & vxor. notab. 2. versi. sed est pulchra dubitatio. num. 2. & 3. Bellug. in speculo principum Rub. 11. §. tractandum. num. 2. Paz. in practica to. 2. in prefatio. num. 4. & 5. Salzed. ad Di. de Lu. cap. 160. num. 20. Segu. in directo. iudic. eccle. 2. par. cap. 14. nume. 32. Menoc. de arbit. iud. caf. 452. lib. 2. Dida. in practicis questi. cap. 10. num. 1. ad med. Auil. in cap. pretorum. cap. 20. num. 26. Portolesius in scho. ad Molinam §. iudex num. 92. And. Gail. lib. 1. obser. 115. num. 1. & 2.

3 Plañe † & si Menochius scripserit seculares non parētes ecclesiasticis dum auxilium postulant, & brachium petunt arbitrari posse pœna coherceri, nullibis scriptū legi; ex

eo illo suam tutatur sententiam, quod pœna arbitraria multãtur, qui auxilium potestati delinquẽtem insequenti
4 ferre spernunt l. 3. §. tribuni. C. de his qui latro. occult.
5 sed cum dissimilis † ratio sit, neq; iure, vel autore sua probetur opinio exterminanda omnino est, qua, † in re non me minima admiratio capit de Segu. & Salzed. in adductis locis qui, cum Menochi viderint traditionem quam memorant, probant & sequuntur. Nisi quod Segu. praxim solam dixerit excomunicationis pœnam aduersus seculares non obtemperantes amplexatam.

6 Indecens † sane videretur magistratus seculares iudicibus ecclesiasticis pares, pro arbitrio, & fœda si liberet pæna posse multari, & cum iura nisi excommunicationem in
7 dixerint canonicam & in odiosis † versemur, & pœnali-
8 bus non vltra sanctiones canonicæ protendi debent, vt passim iura clamitant. Neque vllus vnquam † præter vnum Menochi. Hanc dicere ausus fuit opinionem. Vtinam (etsi operam & ingenium laudem) tot iudicum arbi-
9 trio casus ille minime reliquisset, ne quisquam suo ductu & pro arbitrio sacrosanctas iuris regulas euertere posset.
10 Vnde † Aristoteles Paripateticæ, totiusq; Phisophicæ academiæ parens & princeps eas primo Rhetorico. extimat rectas fore leges, quę in omnibus, qui incidere possunt, casibus statutæ sint, quæque quam paueissimæ iudicis arbitrio relinquerunt. Idem enim Aristo. alibi lib. 3 Polyti. cap. fi. scripsit, qui legem imperare iubet, is Deum & leges præcipit imperare, qui uero hominem belluam adiungit, cum vtriusq; communis cupiditas sit, & ira, quibus magistratu s facile euertantur.

11 Sed † aduertẽdum putauerim, idque ipsum notandum, non omnem ecclesiasticum seculari imperare potestati, vt auxilium prestet sed ordinarium tantum. cap. 2. de exceptio. in 6. cui in his ratione peccati, & subditus, & obediens est: alieno enim ecclesiastico iudici non parctur,

cap. 2.

cap.2.de consti.in 6.L.final.de iurisd.om.iud.Auil.in cap. prætor. ca.20.verbo vsurpã.num.21. Verum cum iniuste auxilium ecelesiasticus petit non parendum casus dixi-
12 mus multos sup. ca. 7.& sequen.Si in stet † & excommunicet prouocare oportet,vti Atzeb. scripsit in l.15.nu. 12. titu.1.lib.4.vbi praxim.

SVMMARIVM.

1 *Exemptorum brachium vbi imploratur an impartiri teneantur.*
2 *Exemptionis priuilegium facilius amittitur, quam commune iud.*
3 *Brachium seculare non inuocatur nisi in subsidium.*
4 *Priuilegia non extenduntur ad ea, quæ extra ordinem concedit solent.*
5 *Implorare auxilium ad superiorem refertur.*
6 *Exempti quorum brachium inuocatur iuuare tenentur.*
7 *Exempti excommuuicari ab ordinario nequeunt.*
8 *Opinionis communis declaratio.*
9 *Priuilegium quod facilius tollatur,quam ius commune,quo modo intelligendum.*
10 *Brachij secularis inuocaiio remedium frequens, & solitum.*
11 *Alciati racciotinatio fallax.*
12 *Verba,ex subiecta materia interpretandæ.*
13 *Exempti si auxilium implorent ordidarij, an præstandum noua quæstio.*
13 *Auctoris opinio in noua quæstione.*

EXEMPTI VOCATI VT auxilium præstent an obedire cogantur.

CAP. XV.


1 Ręcursoris † Christi Iohannis milites, aliique
exempti si ab ordinario in auxilium auocentur
opitulari & iuuare, vel ex eo teneri videntur,
2 † quod exemptionis priuilegium facilius, quã
commune perfringi poßit l. 3. §. si militia missus. ff. de mili.
test. atqui seculares potestates ecclesiasticis pares & illorũ
soluti legibus can. cum ad verum 96. dist. cap. solitę. cum
vulg. de maior. & obedi. auxiliũ præstare iubeatnr, exẽpti
priuilegio magis multo, aucten. multo magis. C. de Sacrosanct. Eccles.
3 Secundo † acclamatio hęc brachij secularis nisi in subsidium conceditur can. 1. de offi. ordi. dixi sup. cap. 3. a n. 1.
4 ad ea autem, quę extra † ordinem concedi solent priuilegia extendi non debent, quę concedens ipse animaduertisse non videtur cap. 2. de immunit. eccle. Clement. 1. ad
5 finem de censibus. Tertio † auxilium secularis imploratur potestatis d. cap. 1. in verbo imploret. Implorare autẽ
ad superiorem refertur eo in actu cap. 1. de offic. iud. exẽpti sane etsi á præceptis immunes ordinariorum cap. si Papa. de priuile. in 6. haud quidem vbi ipsorum imploratur
auxilium. Argutæ sane Alciat. rationes in d. cap. num. 126.
6 127. Sed quæ facile diluentur, vt mox dixero. Igitur † non
exemptos teneri iuuare brachio ordinarium suo, Innocẽ.
& quot sunt. Tudis. Imol. Barba. Cardi. Felin. Deci. aliiq;
quorum idem Alciat. inibi receptiorem scribit opinionẽ.

Testan-

Testãtur glo.in c.1. §.1.de priuil.in 6.ex eo tex.Gemin. & Franc.in cap. episcoporum.de priuil.cap.cum capella vbi Panor.& alii.de priuile.Inno.Geminia.& alii quos Caual.
7 Decis.33.nu.1.& 5.2.par.cum enim † exempti excommunicari nequeant ab ordinario dicto cap.pastoralis,si nolint,iuuare ordinarium non cogentur.

8 Sed declaranda † sententia communis vt etsi excõmunicatione compellere exemptos nequeat ordinarius, orare tamen & a papa vt faciant obtinere,non interdicitur, quid id imperabit,argu. cap.fin.de excep. in 6. neque tres
9 illæ rationes oberint † nõ prior, qua facilius priuilegium: quam ius tolli posit commune. Verum enim lemma vbi de vtroque agitur iure infringendo, alia nunc facti series: non enim ius commune inuertitur, sed vt qui exemptionis à summo cõditore Rom. Ponti. singulari fuerunt priuilegio honorati,eodem fœliciter perfruantur & gaudeant. Secunda † tolli ratio potest priuilegium ad inso-
10 lita non protendi;abnegandum vero brachij secularis acclmationem (qua nulla frequentior ipsa in Dei ecclesia) insolitam fore. Vnde etsi subsidiaria dici, insolita tamen
11 nequit. Tertia † fallax est Alciati raciotinatio: etsi enim implorare, quandoque ad superiorem: sæpius tamen ex subiecta materia ad pares & minores refertur, vti in hac de qua sermo est specie inuocationis brachij secularis d. cap.1. de offic. ordin. cap. quoniam, in verbis,si necesse fuerit eo tit. cap. fin.in verbis si opus fuerit,de sta.regu.ca. statuimus in verbis,si necesse fuerit,de maledi. Consi.Trident.sesi.24. de reforma.cap.8.in verbis inuocato si opus fuerit brachio seculari cap.5. de reform. eiusdem Consil. Triden.in verbis inuocato etiam auxilio,si opus fuerit bra-
12 chij secularis &c. Et ex † subiecta materia verba solent declarari.l.si vno.cum vulga.ff.loca.

Nunc † noua conuerso ordine agitanda quæstio à nul-
13 lo huc vsque me ante tractata, quid si exempti auxilium

imploret seculare an iuste denegabitur: id enim videtur, vt quod quisque in alium iuris statuit, ipse eodem vtatur l. 1. & rub. ff. quod quisque iu. sane cum ij auxilium ordinarijs implorantibus præstent nullum, eodem aduersum eos iure ordinarij agent, neque dimoueri ipsorum
14 postulationibus debent vt auxilientur: Verius † ipse suspicor contrarium exempti enim ordinarij sunt, suisque in locis, castris & oppidis propriam habent iurisdictiorem & si immediate Romano pareant pontifici: qui autem non alienam ji ordinariam exercere dicuntur, vt post veteres in rub. de officio ordinar. Alcia. scripsit nu. 5. Plane si delegatis minime denegatut ex his, quæ fusius sup. cap. 6. a nu. 1. in exemptis quis poterit diffiteri?

SVMMARIVM.

1 *Iudex lege clementior esse non debet.*
2 *Causa, cuius occasione brachium imploratur, redditur de foro seculari.*
3 *Iudice seculari grauante in executione brachij secularis, non ad ecclesiasticum, sed secularis superiorem appellandum.*
4 *Ecclesiasticus, qui brachium inuocauit, seulvre, vbi in causa cessaret, cessare, & secularis debet.*

QVA FORMVLA SECVLARES POTESTATES ECCLESIASTICOS IUUENT.

CAP. XVI.

1 NOn † quisquam lege clementior esse vel in puniendo audacior debet, vt infames lex iudicet magistratus, qui certam a iure pœnam in reos datam minuunt aut extenuant, l. seruos. C. ad leg. Iul de vi pub. Quinimo eadem rei pœna plecti possunt l. 3. ad finem C. ne sanc. baptis. qua de re. Clar. tn pract. crim. §. fi. q. 85. Meno. de arbi. iud. quæsti. 96. nu. 11. 12. Hinc il-
2 lud † crebrius nostri prodiderunt, vt cum brachij secularis declamatione in illius causa forum decidat Aiciat. in c. 1. nu. 125. vers. tu aduerte de offi. ordina. Salzed. ad Di. de lu. cap. 160. num. 21. Rebu. in ll. regias rub. de litte. requi. in prefati. nu. 33. Oliban. in commen. vsa. Alium namque
3 cap. 15. nu. 45. 46. Atque † ideo prægrauante in executione seculari, non ecclesiasticus, sed superior secularis sit adeundus vt ex nouissimis Azebed. scriptum reliquit in l. 15. num. 11. titu. 1. to. 2. & Oliban. d. capi. 15. nu. 47. & non relatus Beret. consil. 3. nu. 17. Secularis sane in reum vt in suos & sibi subditos aget, neque ideo quod ecclesiastici iudicis contemnatur auctoritas, seuerius multabit, aut durius aduersus iuris placita, quicquam interloquetur. Alcia.
4 post alios d. cap. 1. nu. 125. Salzed. d. ca. num. 21. † Verum & hoc notatu dignum est, quando & quoties cessandum suaderet ecclesiasticus, qui auxilium postulauerat cessare illico secularis cognitionem, vt idem Oliban. præcensit dicto cap. num. 46. sua enim res agitur ecclesiastici cui cognitio pertinebat.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in Cathalonia lege regia requiritur in brachij secularis inuocatioue.*

2 *Iudices seculares in Cathalonia interloquuntur, an brachiũ seculare petitum dari debeat nec ne.*

Appel-

3 *Appellatur ad senatum in Cathalonia cum Iudices inferiores seculares interloquuntur brachium esse præstandum.*

4 *Salzedi opin.*

5 *Citatio non requiritur in eo, quod causa cognita fieri iubetur.*

6 *Citatio non requiritur etsi causæ cognitio in re aliqua interuenire debeat.*

7 *L.1.ff. nil noua. appel. pen. intellectus.*

8 *Baldi opinio.*

9 *Salzedi consiliatio.*

10 *Citationem requiri in inuocatione brachi secularis, opinio magis communis.*

11 *Citatio nõ requiritur etsi causæ coguitio interuenire debeat, nisi expresim de citatione verbum fiat.*

12 *Argumentum negatiue rectè sumi, non requiritur causæ cognitio, ergo uec citatio.*

13 *Citatio in executione requiritur, sententia saltim, vbi mutatur persona & Iudex.*

14 *Citatio semper necessaria vbi illius res agitur, qui si præsens foret actum posset impedire.*

CITATIO AN REQVIratur in brachii secularis postulatione.

1 VAESTIO hæc † etsi quoad alios, & alibi anceps Gotholanis non dubia est: lege enim regia lata inius vocatio rei requiritur, eidem terminus iniungitur vt si quas forsitan exceptiones habeant, cur auxilium denegari debeat, apud secularem proferat cap. 1. de la inuoca. del bras, secul. Interloquitur

quitur tunc ſecularis an auxiliũ dari debeat nec ne, ab eo
3 prouocari ad ſenatum † poteſt. executio vbi ab eodem ſe
natu auxilium poſtulatur, nõ differtur, cautione enim præ
ſtita, auxilium datur, & appellationis ſupplicationiſue cau
ſas olito iudiciorum digreditur ordine, vti hæc & alia Oli
ban. proſequitur in comment. vſat. alium namq. cap. 15.
nu. 43. 44. 45. Sed cum non ſolis nobis natiſimus, vbi lege
quæſtio terminata non eſt, iuris, quid ſit pauliſper agitare
placet.

Nam Salzed. ex † neotericis noſtris dicto cap. 160. nu.
4 22. ad Di. de Luco exiſtimat non citationem exquiri nam
etſi cauſa cognita, auxilium ſeculare donetur vti creberri-
mis omnium oſtendimus traditionibus ſupra cap. 7. Non
5 hinc citationem neceſſariam, quod ſæpius † cauſa cogni-
ta quidquam fieri debeat, nec citatione ſit opus. Nam &
Baldus alicubi ſcripſit in l. ſed & ſi lege. §. prætor ait. ff. de
in ius voc. quod inibi iudici verbis illis. Et totũ cauſa cog-
nita debet facere, &c. mandatur abſque citatione expedi-
ri poſſe, l. cum hi. in principio in verbis prætoris notio et
§. ſi pretor verbis prætori res querenda eſt. de tranſacti. ad
dit ille textum in l. 3. §. ſi cauſa cognita. iuncta glo. in ver-
6 bo ſi. pro tribunali. ff. de bon. poſ. nã & ibidẽ † Barth. ſcrip
tum reliquit non citationem neceſſariam etſi cauſæ cogni
tio intercedat, l. magis puto. §. non paſſim in verbis hoc
excutere, & in verbis item requirit, & rurſus in verbis item
requirit, & rurſus in verbis illis idem prætor eſtimare de-
bet. ff. de reb. eor.

7 Extremo † adiuuare opinatur ſententiam reſponſum
iuris in l. 1. ff. nihil nouari appella. pen. verbis quoad deli-
berandum: nam & his exiſtimauit Ioannes Andreas in c.
paſtoralis de officio delegati. recipiendam nec ne appel-
lationem parte poſſe abſente expediri. Sed & Bal. affert
8 pronunciatum † in l. neque naturales. C. de probationib.
executorem Papę cuiqnam datum, vt ſibi beneficium cõ
ferat,

ferat, clausa adiecta si idoneus sit, cognitionem quidẽ an idoneus sit interponere: citationem autem minime.

Tandem † in vnum conuenire posse aduersas opiniones putat Tndis. & Imo. in cap. pastoralis. §. quia vero. mentem conijciens, vt cum ecclesiasticus auxilium postulans omnes perustigatus fuerit exceptiones rei, non tunc citatio, atqne in hac specie sua & aliorum (quorum exiguus est numerus) sententia vindicet, sin minus in quibusdam tantum versatus nõ omnes agnouerit (id ex afactis se scire posse, secularem putat iudicẽ) exceptiones: in ius vocatio saria est.

10 Sed † indiscriminatim citationem necessariam alij plures docuerunt, vt etsi vel leuem summariam, & quantumuis breuiusculam cognitionem in deferendo auxilio secularis adhibeat, citationem tamen amitere nequeat Natta post quosdam a se adductos cons. 528. num. 31. lib. 3. Frãciscus Marc. decis. 269. nu. 3. 1. p. Rebu. in leges reg. tit. de litte. requisitor. num. 21. 22. Bossi. in practica criminali tit. de for. compe. num. 87. & obseruari in Aragonia testatur Portoles. in scho. ad Molin. §. iudex. num. 93. Andreas Gai. obserua. 115. num. 3. in fin Rebuff. in spec. princip. rub. 11. §. tractandum. num. fin. in extremis verbis Olib. in commentari. vsati. alium namque cap. 15. num. 51. & num. 56. Cance. diligens huius Barcin. vrbis causarum patronus in suis resolutionibus. 2. p. c. 15. nu. 13.

Sed etsi omnes deficerent solus ipse ab hac abduci sen-
11 tentia non possem: nam etsi † quæ in omniũ ore regula est cognitionem, vbi ius causæ exquirit, nisi citationem adii-
12 ciat rite omissa actum agi. Ratiocinantur † subinde interpretes argumentum negatiue recte sumi, non causæ cognitio exquiritur, neque citatio, affirmando minime, cognitio causæ ex postulatur, igitur & citatio, vti pulchræ suis adscripsit communibus Gabr. lib. 2. tit. de citati. concl. 1. num. 147. 148. in leuibus enim & parui momenti id

admitti

admitti multorum profert testimonio. Ille videndus.

13 Hoc certe † nisi truci facie abnegare ausit vllus in executione citationem necessariam sententiæ cum vel saltim iudex mutatur, aut persona, vti Bart. docuit primipilarius in l. a diuo pio. §. in venditione de re iud. Bal. Aug. Salicet. Alexan. Panor. Anton. de Butr. Cast. Decius, Sozin. Cassan. & aliis quos seriatim Gabriel in communib. lib. 2. concl. 1. num. 123. Quinmo & in sola executione etsi vel iudex aut persona non aliæ sint, citatio multorum testimonio necessaria est, idem Gabriel dicta conclu. num. 122. Ceterũ mutari iudicis personã omnes viderint, nam & reus illius denuo subiicitur potestati, cuius auxiliũ implorat, & executio ab eodẽ, ipsius nõ ecclesiastici nomine instruenda, et si ab ea appellandum, ad superiorem exequentis fiet secularem, non ecclesiasticum, vt superius scripsimus cap. 16.

14 Denique † falcem immitamus, citatio nullo deficere casu potest, cum illius res agitur qui si pręsens foret iudicis interlocutionem posset impedire Ioan. And. rot. Mil. Bar. Brun. Curs. Oldrad. Alberic. Castr. Calca. Hyppo. Zasi. Angel. Imo. Marian. Alex. & alij numero plures, quos idẽ digessit Gabriel. dictu conclu. num. 132. & his addendi Tiraq. Natta, Bellon. & decis. Perusin. eos refert & sequitur. Surd. cons. 1. uum. 94. lib. 1. & rectius sentiunt nostrates in ius vocandum reum aduersus quem inuocatur auxilium, vt eo secularis audito iuste dicernat an iuuare brachio teneatur suo, nec ne: multa enim dicere ne id fiat potest quæ nos super cap. 11. in spect. 4.

SVMMARIVM.

1 *Arma & leges decertant in ardua quæstione.*

2 *Crimina ecclesiastica patrantes laici, ab ordinariis capi & multari possunt propria anctoritate.*

Iudi-

3 *Iudices ecclesiastici in ciuilib. causis ad ipsorum forum pertinentib. manu militari executionem faciunt.*

4 *Bellum indicere solius principis est.*

5 *Leges Hispaniæ citterioris & vlterioris iustæ.*

6 *Auctoris in Beretæ consilium an imaduersiones.*

7 *Episcopis familiam armatam habere non licet.*

8 *Auctoris incerti responsum.*

9 *Iudex ecclesiasticus si carcerem habeat nequit cogere iudicem secularem vt suos delinquentes in illis teneat carceribus custoditos.*

10 *Cap. 1. sessio. 25. intellectus.*

11 *Inquisitorib. hæreticæ prauitatis armatã tenere familiã licet.*

12 *Incerti auctoris argumenta a Bereta Labefactata.*

13 *Cap. 1. de offi. ordi. verbis illis cum opus fuerit, sensus*

14 *Conditio nihil ponit in esse.*

15 *Ius canonicum si facultatem dedisset episcopis propria auctoritate capiendi laicos non inuocato brachio secular, i verbis præceptiuis id statuisset.*

16 *Can. administratores. 23. q. 5. sensus.*

17 *Potestas ecclesiastica quæ vere dicatur.*

18 *Beretæ in incerti auctoris consilium Cauillus*

19 *Auctoris solutio.*

20 *Beretæ considcratio.*

21 *Beretæ rationes confutantur.*

22 *Distringuere apud bonos auctores quomodo vsurpetur.*

23 *Districtus apud nostros.*

24 *Principes seculares in spiritualibus ad ecclesiam confugiunt conuerso ordine, ecclesiastico in secularibus ad principes & Reges.*

25 *Iurisdictiones non confunduntur ex retentione familiæ armatæ.*

26 *Christus seruator officia & dignitates distinctas esse voluit.*

27 *Executiones quæ fiunt familia armata ad negotia pertinent secularia.*

28. *Ius*

Beretæ

83 *Beretæ traditio expensa.*
84 *Episcopi militari manu exequi sententias possunt.*
85 *Beretæ interpretatio ad Consil. Triden.*
86 *Beretæ argumenta omnia labefactata.*
87 *Episcopi territorium habent.*
88 *Iurisdictio ordinaria sine territorio, subsistere non potest.*
89 *Territorium quid sit.*
90 *Territorium à terrendo dictum.*
91 *Territorio ordinaria cohæret iurisdictio.*
92 *Beretæ argumentum sublatum.*
93 *Argumentum validum male à Bere. friuolum dictum.*
94 *Beretæ opinio iniusta.*
95 *Quæstio anceps.*
96 *Auctor in ancipiti quæstione duas constituit classes interpretum quotquot vsque in hæc tempora scripsere ex Italis, Hispanis, Gallis.*

ARMA DEFERENTEM familiam, episcopi & ceteri ecclesiarum rectores, an iuste vt suas exequantur sententias, teneant.

CAP. XVIII.



CLAMARE nunc † arma oportet & decertare leges ipsas, & inermia armis iura decorare, vt vtrumque tempus bellorum & pacis recte posit gubernari.

Accinguntur vtrinque interpretes, clarescunt sonitus & armorum ingruit horror: confundunt sese, vt de his vaticinari visus fuerit Lucanus. li. 1.

Imminet armorũm rabies ferrique poteſtas
Confundet ius omne manu.

Ipſe poſt optimorum terga, & iuſta induam arma etſi cum Cicero. lib. 1. orato. Fas ſit proloqui: armis prudentiæ cauſas tueri atque defendere. Iterum nunc multa repetam ex his quæ cap. 4. cum enim ius noſtrum pelagus ſit vaſtiſsimum, peruolutaſſem autem poſt ſuperiora exarata Beretæ conſi. 3. & 4 multa de his diſerentem, & incerti cuiuſdam auctoris conſultationi ad Gregor. XIII. Reſpondẽti eo liberius adductus quędam addam & repetam, quę nec iniucunda ſpero aut inutilia ſint futura. Facinoroſos igitur, & eos qui crimina admiſerunt in eccleſia quæ
2 † eccleſiaſtica vulgo appellamus carceribus mancipare diſtringere & multare niſi vim fecerit & reſiſtant poſſe,
3 plerique docuerunt, ſed & in ciuilibus † manu militari ſeculares deprimit, & in poſſeſsionẽ bonorum mittit dum illi pareant & obtemperent: alioquin non armis, vt faciant contendent bellũ enim indicerent eccleſiaſtici: illud autẽ principis eſt. 3. q. 3. cap. 1. iudex itaque ſecularis adeundus † ſoluis erit, à quo auxilium petatur. Sic Bellug. noſter
4 ex Innoc. ſcriptum reliquit in ſpecul. Princi. §. & quę dicta nume. 2. Rub. 11. & ad illum Borrell. in annota. verbo manu militari Oliban. regius huius vrbis Senator Barcinonẽ. in Commentari. vſa. alium namque. cap. 15. nume. 50.

Sed an hæc vera ſint videamus, etſi me meminerim dixiſſe cap. 4. operam totam perdere, qui aliud cenſerit cum regiæ ſanctiones aduerſentur. Neque inficio
5 Vlterioris & Citterioris † Hiſpaniæ leges iuſtas: cum enim in condendis legibus, & tam ancipiti dubio antiquiores noſtri primarij omnium decretorum interpretis Tudici & aliorum opinionem fuerint amplexati, nulla certe legiſlatoribus culpa impingi poteſt. Ceterum ſub-

ductis

ductis hisce legibus,quid iuris inquiramus,nec commentaria hæc iusta frustrentur tractatione. Neque à mea me dimouebo sententia, quam cap.4. scripsi posse episcopos.

Rationes primum & iura,quibus non posse illos multi existimarunt ad ferre oportet:sed cum illa cap.4. adduxerim, & eisdem feliciter satisfecerim,non refricabo,meliorem me operam nunc impēdere credens si Beretæ † animaduersiones & consilium totum quartum labefactem, incerti illius auctoris ad Gregorium XIII. Pontif. Maximum consultationi consi.3. illiusque rationibus respondenti.

6

Num.1.2.& 3. hæc ille summatim:non † licet episcopis familiam habere armatam auctoritate Panor. in cap. significasti de officio deleg. ij enim in exequendo brachium implorare seculare tenentur cap. administratores cap. principes.23.quæst.5. Neque se Beretā vidisse ab aliquo recte responsum huic ait retioni Panormitani. Sed his ipse respondi accurate iuribus cap.4. Rursus & idem affert caput, primum de offic. ordin. illis verbis, & cum opus fuerit publicum conuocent auxilium † Incertus ille auctor respondit ea verba non ius auferre episcopis familiam habendi armatam: tametsi eo tex. permiserit Pontifex, vt iudicata liberius exequantur, secularem quoque auocare potestatem,vbi satellibus & armata carent familia,non ve eam posśint tantam sustinere, quę his per necessaria sit nam & innuere idipsum visus est Tudis.in cap. postulasti num.5. de Iud. Oldrad. Villadie. Barba. Butri. Areti. & Felin. quos recensuit,dum ij auxilij huius secularis acclamationem subsidiariam docent, & quoties eclesia nihil amplius posśit siue nequeat iure factoue exequi subinde † prodidere,non iudici licet ecclesiastico secularem distringere,vt careratos suos habeat clericos si carcerem habeat, & carceribus posśit mancipare: idē Bert.n.2.

7

8

9

10 Demum † hæc Sacro Tridentini Decreto confirmatur consilij cap. 1. sesio. 25. vbi iuris peruertitur ordo antiqui, ne quisquam ecclesiarum iudex ab spirituali exordiatur excommunicationis mucrone, cum illic inuocatio secularis brachij minime memoretur.

Idem Bere. nume. 3 neque (inquit) probabile argumentum est, Episcopus implorat Brachium seculare
12 dum opus est: nam † & hæreticæ prauitatis Inquisitoribus satellites habere armatos licet, cum sæpius etiam brachium implorent seculare. Hæc † incerti illius auctoris argumenta diluit nunc Beteta sic loques: Panor. inquit & alia adduxit iura preter tex. in d. cap. 1. de officio ordina. Quibus non hec solutiones adiungi possunt, queque Episcopis necessariam brachij velint secularis inuocationem, text. in dicto cap. administratores, cuius text. verba illa ad longum (ne ipse longior sim) refert, vt igitur aperte, que illa non iure improbauit incerti auctoris confringam, ex ordine in ipsum arma (qnando armis certamus) retundam. In primis respondi cap. 4. can. administratores, non repertam.

13 Rursus † animaduerto text. in dicto cap. 1. de officio ordin. illis verbis, cum opus fuerit, & alia pleraque innouissimum vsque Triden. Consilij ius, conditionali illa. Si, nota adiecta brachij secularis meminisse cap. quoniam ibi. Si necesse fuerit de offici. ordin. cap. fin. verbis si opus fuerit de excesi. Prælato. cap. periculoso. Ibi si opus fuerit de statu regul. cap. statuimus, verbis si necesse fuerit. de maled. cap. 8. de reforma. sesio. 24. in verbis Inuocato si opus fuerit brachio seculari cap. 5. de refor. sesi. 25. verbis Inuocato etiam auxilio si opus fuerit brachij secularis.

14 Conditio † plane (vt in nostro, etsi barbaro diuerbio est) nihil ponit in esse, non disponit, l. si quis sub conditione dandoaum decem. ff. si quis omi. cau. testam. l. cede-

cedere diem. cum vulg. de verbor. ob'iga. quis igitur iure dixerit episcopis, & ceteris ecclesiarum præfectis necessariam brachij secularis declamationem.

Adhæc † si canonicæ sanctiones id inuitus Episco-
15 pos facere voluissent legibus sane suis præceptiuis verbis imperassent ad text. in l. legis virtus. ff. de legibus. id autem nusquam legimus. Neque verisimile est voluisse Roma. Pontifices ius episcopis familiam armatam alendi sustulisse, quę tam necessaria sit in defensionem rerum,
16 & propriæ iurisdictionis in ecclesia Dei, & præter † solutionem, quam d. cap. 4. pręstiti ad text. in d. cap. administratores, nunc iterum respondeo male Beretam verba illius cano. in suam deferre sententiam, cum generaliter loquatur de omni disciplina, qua vtilitas ecclesię exerceri non preualet ceruicibus super bonorum per principalem potestatem impositam &c. Neque enim illis sequitur verbis non licere episcopis propria suaque familia exequi auctoritate. Nam & † idem tex. ecclesiam, potestatem dixit habere, vti clarius tex. in cap. duo. 96. distin. cap. cum ad verum ea. distin. cap. omnis de censibus. At non recte potestas diceretur ecclesiastica si
17 familia careret armata, cum † potestatis verbum latißimum sit, & imperium contineat, l. potestatis. de verbor. significa. Imperij autem potestas, gladium continet ad animaduerrendum in facinorosos, l. Imperium, de iuris. om. iud.

Addit idem † Bere. nu. 4. veterum & incerti auctoris sen
1 sum cap. 1. de offic. ordi. non eum esse posse, vt dũ dixerit, cum opus fuerit publicũ conuocent auxiliũ, &c. Interpretari, quoties armata caruerint familia, aut talis esse nequeat, qualem causę postulet magnitudo, nam intellexere ea fere omnes verba, cum opus fuerit, idest vbi semel, & iterum anathemati datus non resipiscit, proterue mandatis resistens ecclesiæ. Sic enim intellexire Oldrad.

Panorm. Calca. Alcia. Afflic. Deci. Rolan. Nata. Huic.
† sane refractario ad manum solutio est, eundem Panor
20 in cap. Postulasti nume. 5. de iudicijs aperte sic intellexis-
se & alios omnes qui ecclesiæ tuentur iura & libertarem,
quos sua inclasse distinguemus. Vuus enim & idem sensus
est illorum verborum: cum scilicet excomunicati semel, &
pluries obsistant adhuc, nec ecclesia posit familiæ, & po-
testatis prædefectu cohercere.

Quintus † nunc sequitur numerus Beretæ cõsilij & illius
21 verba: at (inquit) licet sacra Synodus Tridentina supra
citata ordinem mutauerit, quod iubeat episcopos incipe-
re à multis pecuniarijs, seu à captione pignorum, persona-
rumque districtione persuos proprios aut alienos execu-
tores faciendam, & vbi hæc fieri non posint anathematis
mucrone vtendo potestatem tribuat: nihil tamen his ver-
bis apparet conditores Synodi agere de familia armata
episcopis tribuenda, postquam simpliciter iubetur captio
pignorum aut personarum per suos proprios, aut alienos
executores. Neque hic contenditur, quin episcopis sui
quoque sint executores, si armata vis absit ab eis, hæc ille.
Quę † vt confutem, non alio: quam eisdem Consilij
Tridentini verbis indigeo cum enim distringĕre seculares
posse personas Synodus dixerit & vi adhibita idipsum per
misisse credendum. Neque enim temere à verborum pro
prietate recedendum est. l. non aliter. de leg. 3. Et destrin-
gere apud bonos auctores pro eo quod pressæ strictim
veluti & vi quadam adhibita stringitur, vsurpatur, Cicero.
3. offici. Fraus enim distringit, non soluit periurium. idẽ
Cicero ad Cœli. lib. 2. districtus enim mihi videris esse:
quod & bonus ciuis & bonus amicus es. Hoc est ita in an-
gustum redactus, vt nescias quo te vertas: & quãdo de ar-
mis agimus, distringere gladium, vbi vi quadam a vagina
educitur, idem Cicero. 3. offi. At ille vt ingressus est confe-
stim gladium distrinxit, iurauitque se illum statim inter-
fectu-

fectorum. Igitur distringi vbi personæ possunt & vi fas adhibita: hoc est manu militari, l. qui restituere, ff. de rerum vendi, & ne † nostros spernere videamur interpretes dis-
23 trictum territorium esse dixerunt cui iurisdictio inest Aretin. cons. 77. num. 4. Deci. cons. 649. num. 4. iurisdictio merum & mixtum continet imperium, vti executio ipsa ex postulat ca. licet causam vbi interpretes de pro ba. Feli. in cap. Rodolphus in verb. districtus nu 17. de rescriptis post Bal. consi. 47. nouissime Moronti. cons. 46. nu. 12. 13 14. Surd. decis. 129. num. 14. supplere autem vt ille dum vis absit vim & veram vocis proprietatē inuertit, supplet & diuinat. Neque enim verisimile est voluisse sacrum cō silium Tridentinum hæreticorum expellendorum & tuēdæ libertatis ecclesiæ ergò congregatum, infringere illius iura voluisse, & quæ antiquis licita erant decretis sustulisse intempestiua igitur dum vis absit interpretatio est, & reiicienda.

Numero 6. 7. 8. & 10. Bereta, nunc (inquit) capiamus secundum Abba. fundamentum in cap. significasti, quod illud est: sicut: † pro spiritualibus debent principes recur-
24 rere ad ecclesiam: ita prælati debent recurrere ad principes seculares ca. cum ad verum. ca. si imperator. 96 distin.
25 nec promiscuis actibus sunt eorum officia † perturbanda, l. consulta diualia C. de testam. Responsum est quod nulla confunditur iurisdictio ex retentione familiæ armatæ apud episcopum, plusquam fieret ea remanente apud iudicem secularem: quia vnusquisque ea vtitur in executionē vt contingit, cum clericus traditur curię seculari. Additur confundi potius iurisdictionem in eo quod episcopi seruunt sententias si per laicos et seculares eas exequantur: quoniam vt plurimum se difficiles reddunt in concedendo brachium seculare, prius eum processum videre volunt. Vnde fit vt fugiant delinquentes & delicta impunita remaneant. Melius ergo si episcopus fa-

miliam habeat armatam, & mēdicata non quærant suffragia, & eo modo circuitus vitantur inutiles, & vna iurisdictio cum alia non confundetur. sed quisque in sua iurisdictione conseruabitur ad tex. in cap. peruenit. 11. q. 1. Hæc demum sic infringit Bere. Non responsum primam attingit Panor. argumentationem in eo quod proponit debere prelatos pro temporalibus recurrere ad principes seculares, sicuti pro spiritualibus recurrunt principes ad ecclesiam vt probant iura per Abbat. citata. Nam & dominus
26 † IESVS actibus propriis & dignitatibus distinctis officia vtriusq. discreuit, vt deo militans minime se implicaret negociis securalibus, dicto c. verum & d. ca. si imperator vult Ioan. Papa, neminem sibi vindicare debere alienum ius & ministerium alteri deputatum, sic namque fit vt cum executio quę per familiam armatam fit, negotiū seculare proculdubio concernat: quia a secularibus arma tractantur.

27 In super † ius gladij & necis secularibus iudicibus deputatum est: iudicibus vero ecclesiasticis excommunicationis mucro & censuræ ecclesiasticæ pro gladio sunt.
28 Subdit deinde Bereta non insistendum in difficultate concedendi brachij secularis ecclesiæ, † cum omnis sinistra suspicio nequaquam sit in senatibus maxime regiis presumenda: tum nec circuitus ille inutilis non est: sed
29 vtilis & necessarius. Idem † deinde Bere. vers. Tertio abbas mouetur ex eo quod ecclesiæ est interdicta executio gladij temporalis, dicente domino, Petro, conuerte gladium tuum in vaginam. Respondetur illud intelligi quo ad inferendam mortem, vel vembri mutilationem, & sic quoad gladium sanguinis, quo reus occiditur ab executore iustitiæ vel membro mutilatur, cap. inter 33. questio. 2. vbi glosa in verbo gladio & ita respondit Gondis. de Here. quæst. 11. numero. 18. quin potius probare euangelium fuisse Petro concessam potestatem

tem gladij cum dixerit dominus, †. conuerte gladium
30 tuum in vaginam:nõ enim Petrum gladio hæc verba priuarunt, quominus vti illo posset in executione iurisdictionis, & casibus permissis, alioquin sequeretur episcopum, qui temporalem habet iurisdictionem eo priuari, atque ideo non dixit dominus Petro remoue, vel dimitte gladium, sed pone in vaginam, vt scilicet cum causa iusta ad-
31 uenerit eo vti possis: nam † Papa & ecclesia vtrumque gladium habet cap. 2. cum ibi nota. 22. dist. extra. vnam sanctam. de maio. & obedi. Confirmantur ipsa, quod dominus Lucæ. 22. cap. dixerit & qui non habet gladium
32 vendat tunicam suam, & emat eum. Quod ad † moderatam defensionem intelligitur veluti etiam glo. censit, in ca. clerici de vi. & ho. cleri. Vel aliter dicitur, quod per ea verba, quibus dominus erga Petrum vsus est, prohibitus fuit gladij vsus, vbi sanguis per clericos effundi potest, non vt aliæ pœnæ citra sanguinis effusionem clericis interdicantur, Franc. Varg. in tract. de iuris responso. Hæc sunt incerti auctoris eruditissimi rationes, quas vt confutaret Bere. retulit, num. nunc. 10. sic reprobat, & in hæc verba, quę breuiter decurram.

33 In defensionem † Albatis inquit ille, summemus quod cõmuniter receptum est Papam tanquã vnicum Christi Vicarium vtrumque gladium à Deo habere: sed spiritualem actu temporalem habitu & non actu: quia quoad actum transtulit illum in Imperatorem, quem tamen ipse Papa in aliquibus casibus exercet, vt in arduis, & grauibus negotijs, & vbi iudicis secularis copia non esset, notatur in cap. nouit de iudi. Innoce. & Maria. Socin. in cap. licet ex suscepto de fo. com. vbi plures retulit casus, & communem dixit Theolog. & Canonis. Bero. in cap. 1. nume. 35. & 36. de proba. idem Bero. in cap. 1. nume. 127. de constit. & frequentiorem Didacus, Couarruu. in capit. peccatum in. 2. part. §. 9. in versi. pri-

primam an verum sit. de re iud. Ex quibus intelligi potest per illud dominicum citatum per Abbat impediri ipsi Papæ exercitium gladij. dum dominus permittit Petro habere gladium temporalem sed † vagina coopertũ: ita vt illo
34 sibi vti non liceret, sed permitteret vt alius eo vteretur pro ecclesiæ vtilitate. Et istud est quod clare probatur in
35 d. † extra. vnam sanctam dum dicitur: vterque ergo est in postate ecclesiæ spiritualis scilicet & materialis: sed is quidem pro ecclesia ille vero ab ecclesia exeruendus, ille sacerdotis, is manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Ponderandum est, quod dicitur, is quidem pro ecclesia: ille ab ecclesia exercendus, per quod intelligendum gladium temporalem non ab ecclesia exerceri sed per iudices seculares pro ecclesia: veluti etiam ex illis verbis is manu regum & militum: neque enim ait regum: sed regum & militum. Vnde sat colligimus de militibus non intelligere quos sibi ecclesia habet armatos: sed de militibus sub potestate seculari existẽtibus, & ad id quoque simpliciter citatur illa extrauagans per Bero. in d. cap. 1. sub num. 36. de probat. Hæc Beret. vsque ad nu. 12.

36 In primis † verum non est Bere. pronunciatum seculare fore negocium familiam episcopos armatam sustinere dum ad tuendos se suamque iurisdictionem & res ecclesiæ deferatur, quę cum omnibus licita sit defensio: episcopis denegari certe non debet in prin. 23. q. 1. cap. quicunque. 23. q. 8. & idem fatetur ipso consilio Bere. nu. 12. Sed neque cõfunduntur iurisdictiones, vt ille putat ecclesiastica & secularis: non enim illa, nisi sua curat executionesq. causarum ad illius forum perficit pertinentium, vt quia causę principalis & executionis iudex sit & moderator l.
37 ordinarij. C. de iudi. sane † cum suus quisque iudex suas exequatur sententias, l. cum quædam puella, ff. de iu. om. iud. cap. quoad consultationem de re iud. cur nõ id ipsum episcopi inficiari non potest: concessa enim iurisdictione

(vt in

(vt in noſtrorum adagio eſt) omnia licent, quæ impedire iuriſdictionem poſſent. l.2. vbi à Bart. omnes. de iu. om. Iudi.

38 Cete eccleſia † etſi vagina incluſum gladium deferat propter Petrum, id ne lædat, occidat, ve, vt defendat ſubducere poteſt. Nam Chriſti ſeruatoris verba in Petrum redde gladium in vaginam ea illi mente à Chriſto dicta fuere, qui ſuo in Pontificis ſeruum gladio irruens abſcindit auriculam, neue mucrone impio piam & diu ab antiquis partibus deſideratam ſui ipſius mortem præpediret. Vnde iterum illi dictum: An non putas quod poſſum rogare patrem meum, & exhibebit pluſquam duodecim legiones angelorum. Detorquere autē verba illa ad aliud inſtitutum, & menti & verbis repugnat ſaluatoris.

Sed † neque extrauagantis vnam ſanctam. verba effi-
39 ciunt: non enim de militibus agitur: ſed executorib. arma
40 deferentibus, qui alij † à militibus ſunt. Atque ideo & diſtincta nomine fuere apud digeſta & codicē, l. ſi idem. C. de cond. ij. executores. l. penul. de exe. re. iud. C. l.4. de appella. ff. l.3. §. ſi executor. ff. de neg. geſt. vel apparitores, l. fin. §. vlt. ff. quod met. cau. l.3. de ſer. fugiti. Milites qui in caſtris degentes ſub ſuis belli ducibus dimicant tot. tit. ff. & C. de re mili.

Verum ſi vt ille in executione inuocare auxilium eccleſia ſeculare debet, cum familia careat, vel non poſsit intelligendum, atque ideo ſubſidiarium eſt auxilium, & alienū non proprium, vt & ipſe ſupra animaduerti, inuocatio voluntaria eſt non neceſſaria.

41 Sed & num. 12. † in tuitionem adfert tex. in princip. 23.q.8. qui neque ad rem confert, cum loquatur de eccleſiaſtica poteſtate, quę gladio velit abuti lædendo, occidēdo. Id enim nō licet, (& millies diximus) defendendo minime ille. can. abnegat.

42 Num. 13. & 14. † ſic ille: Quarto ſic Abbas argumentatur

tatur, arma clericorum sunt orationes & lachrymæ can. cõuenior. 23.q.8.ca.inter. 33.q.2.quo dicitur quod sancta
43 Dei ecclesia † mundanis non constringitur legib. nec gladium habet nisi spirituale quo non occidit: sed viuificat: addi etiam poterat tex. in cap. fin. 36. distin. vbi habetur,
44 † quod Pontifex ad bella non vadit, neque pugnat contra inimicos, sed orat & orationibus vincit populos: ad idem tex. in cap. porro. 16. q. 3. vbi habetur quod ecclesiæ corporalia nesciunt arma: non igitur Episcopis familiam armatam habere licebit, & ea vti aduersus resistentes & oppugnantes iustitiam & iurisdictionem ecclesiasticam. Namque † executio, quę eo modo fit militari manu
45 potest bellum appellari, vt in proposito dicebat Angel. in l. qui restituere. de rei vendica. pro inde mirum non erit si dicatur eos non posse vti familia armata ad executiones faciendas.

Huic cõtrario plures & variæ fuerũt cõquisite solutiones: Prima (breuissime illius dicta nũc colligã) armorũ † vsum & clericis & laicis regulariter prohibitum, ru. vt armo. vs. lib. 10. rub. & §. penul. in Auth. de armis. Ceterum multis casibus regula fallit quos Socin. regu. 30. à nu. 1. inter alios
46 in † clericis, quibus multis in casibus licet arma deferre, Barba. de præs. Cardi. q. 5. nu. 4. & 14. Butri. & alij in cap. clerici. de vi. & hom. cle. maxime in † Episcopo fallit, qui in defensionem iurisdictionis potest, Soci. d. reg. prima fallentia. Ceternm hæc læuis est & negligenda responsio: quoniam argumentum Abba. non fundatur super titu. C. vt armo. vs. ad quem responsio applicatur. Sed super alijs iuribus, in quibus laicis & in foro temporali & secundum leges ciuiles vsus armorum prohibitus non est: sed permissus. Clericis vero prohibetur quia eorũ arma sunt lachrymæ & orationes, quibus vincit ecclesia gladium nõ habet nisi spiritualem, neque pugnat: sed orat, & ecclesiæ corporalia nesciunt arma. Ad hæc retorquetur argumentum in fauo-

fauorem Abba. quoniam dicere in multis casibus permissa est delatio armorum clericis non inde sequitur,& in casu,de qua agimus:imo stabitur regulę donec exceptio probetur. Respondetur secundo quod argumentum procedit vbi clerici manibus proprijs arma tractarent voluntate uon necessitate coacti:secus vero, vbi de execntione agitur,& ad eam armata habeatur familia. At nos replicando dicimus multa ex aduerso ad textus claros proponi:sed pauca ptobari:atque addimus eam responsionem repugnare textibus iam citatis, in quibus rationes generales afferunt communes, & militantes ad omnes casus, tam necessitatis: quam voluntatis.

Repugnant etiam illimet textus, in quibus si videantur, agitur potius in casib. necessitatis,& in quibus negatur absolute ecclesiæ permitti arma tractare per se vel per alios: sed potius lachrymas ad Deũ effũdereque pro armis sunt. Dicetur igitur nec pro executione iustitię censeri posse eis permissam familiam armatam:& quia nulla subest necessitas,& quia sua sint remedia adinuenta, & censuræ magis metuendæ fidelibus,quam arma materialia, & vbi ea remedia non sufficiunt remedium datum est gladij temporalis per viam brachij secularis d. cap. de offi. ordin. Hæc Bereta vsq; in versi. Adiungiiur tertia responsio. Quibus illæ solutiones incerti auctoris pro ecclesia strenue decertantis confutauit.

47 Sed cum inermia † sunt confrigere eandem ad manum est, vt modo præterea, quę cap. 4. dixi quibus addiderim arma clericorum lacrymas fore & orationes, atque id ipsum proprium fore sacerdotum. Nam & sacrosancta ecclesia, nõ semel aut bis, sæpius idipsum quadragesimali repetit tẽpore. Ioel. 7. inter vestibulũ,& altare plorabant sacerdotes ministri domini dicẽtes: Parce dñe, parce populo tuo,&c. Hæc iustius sacerdotes arma induunt:sed cũ sæpius sese suaq; defendere & impias deperditorũ manus

nus

nus cogantur effugere, neque hæc illis arma prohibentur, vti Barba. & Socin. Paulo ante adducti expreßim docue-
48 re † alioquin ecclesia nec tuta Romana foret, non aliæ, deperirent reditus, iurisdictiones bona earum temporalia, funderentur omnia, nequam enim & impij homines ne dicam hæretici (quos tot tantosque, Anglia, Polonia, Germania, & Galia sustinent) dum multam in eos, nisi in Deum precibus vim fieri posse intelligerent, cuncta occuparent, euellerent, deprædarentur, qui metu aliquando iustæ corripiantur defensionis. Et sæpius, vel nostris, vel orantium peccatis, orationibus Deus non adsit deprecantium: interiere in iusto multibello, qui profusis in Deum, precibus ante certamen ingrediebantur gladijs impiorum sancti occubuerunt Machabei, & alij plerique, quos sacra recenset biblia: tum historiæ innumeræ aliæ.

Neque oberit tex. in cap. conuenior. 23. q. 2. ea enim tex.
49 verba: Nec † debeo, nec possum resistere. verba sunt Diui Ambrosij Episcopi ad Marcellinam sororem non Papę statuentis: Rursus etsi foret aperte interpretandus, vti verba indicant, illius. Aliter (inquit) nec debeo nec possem resistere, ipse scilicet, suaque manu, at aliena defendendo, non negat, quin ecclesia poßit, glo. & alij in cap. quicunq; de cleri. ex. minist.

50 Ad hęc † ex his multa: Que Iuris diuini sunt perfectionem illius spectant (vt Theologi aiunt) sic illud vade, & vende omnia quę habes. atque aliud maxilam percutienti vltro offerre, & his innumera quę illi coaceruant: simile ecclesia illis sacrosancta statuit, vt qui nolit, nec defendere laudandus, qui velit obsistere, obiungandus non sit; sic expreßim scripsere ex Theologis summus D. Tho. de reg. princi. ca. 6. Caie. 2. 2. q. 64. artic. 7. col. 2. Ancho. de potesta. eccles. quæst. 52. artic. 2. Nauar. tomo. 1. de rest. lib. 2. cap. 3. num. 62. Medin. in co. de resti. quæst. 25. versi. his

his tamen domi. de Soto. lib. 5. de iuſ. & iure. quæſt. 1. art. 8. & in hunc ſenſum vti mihi videtur, verum etſi nouum ſi quæ verba illa Ambroſij, & alia ſunt, quę his ad ſtipulentur interpretanda erunt.

51 Non † etiam oberit cap. inter. 33. quæſt. 2. neque enim illius facti series quæſtioni adiungi huic, nec verba poſſunt: cum enim quæſitũ fuiſſet an iuſte viro vxorem occidere licet, reſpondit legibus id principum & Cæſareo iure concedi. Sed cum his legibus eccleſia non obtemperet, neque gladium habeat niſi ſpiritualem, quo non occidit ſed viuificat, minime id Canonico iure concedi Canon voluit, neſandi, & deterioris foret exempli eccleſiam ſtatuere vt vir vxorem, alterumue ſponte occidere quiſquam poſſet. Nos vero de defenſione, que aliquando ne-

52 ceſſaria ſit.

Sed neque facit tex. in cap. fin. 36. diſtincti. orat. enim ſacerdos, orat Pontifex, & orandum ſemper Chriſtus admonet, certat populus, orat ſimul ſacerdos: ſed vbi idem ſacerdos, vel Pontifex agrederetur orare & ſe ſimul defen-

53 dere poterit: neque aliud ille can. ſtauit.

Porro † vt finiam, & vna ſimulque reſpondeam iuribus Papam, vel Eſpiſcopos abnegantibus bella poſſe gerere, & præliari non de priuata ſenſiſſe defenſione, perſonæ vel iuriſdictionis, quæ tot tãtiſque ſanctorum decretis patrum acclamatur: ſed de bello publico eoque quale principes ſuis inferre hoſtibus ſolent. Terminos enim confun-

54 dit Berc. iuris, vt recte † Mainus dixerit in l. ex hoc iure. nu. 38. de iuſt. & iure, bellum in repellendã & pro pulſandã indictam iniuriam, non recte bellum appellari: ſed de-

55 fenſionem, l. vt vim de iuſt. & iur. l. 1. §. vim. ff. de vi, & vi arma. l. 1. C. vnde vi. Addiderim † ipſe in epiſcopis, & inferioribus principibus, nõ proprie bellũ dici: ad ſummus enim principes & reges pertinet, vt ex multis noetericus quidã eruditus exiſtimat, Petra trac. de pote. pri. c. 13. n. 26

Bereta præterea in eodem num. 14. 15. 16. & 17. versi· adiungitur tertia responsio, hæc in incerti auctoris consilium (confutat enim illud totum, & nos eundem Beret.) id quod dicitur clericorum arma lachrymas esse & orationes
56 † dictum ex nimia humilitate, vt glo. declarat in c. dilecto. in ver. ecclesiastico, & ibi Geminia. de sent excō. in vi. vel etiam dicitur illud posse dici eo respectu per se ipsos non debent arma exercere: per quod haud infertur quin per alios posit: quia non esset simpliciter prohibitus armorum vsus: nam si id esset nunquam ecclesia posset arma corporalia exercere, ita videtur haberi in c. quicunq. ex de cler. exc. ministran. Replicat ille in vers. pro repsicatione aduertatur, non hoc dixisse glos. in c. dilecto: sed & iura canonica generaliter loquentia, † quibus armorū
57 vsus clericis interdicitur, sic arma vetare, vt nec hi, vel alij eorum nomine arma posint deferre.

Non enim nisi spirituale gladium habet ecclesia, quanquam & armis hostilibus vti posint episcopi cum vel de ecclesiæ defensione, aut patrię contendunt, vti Gratian. in d. c. quicunque ex clero. §. his ita 23. q. 8. sacerdotes enim
58 ait, non propria debere puguare manu: sed alios ad arripiēdum in oppressorum defensionem, & inimicorum Dei oppugnationem hortari: vt probatur ex capitulis sequentibus, que loquuntur in casibus specialibus, & ita Bero. explicat in d. c. significasti, in vltimis verbis.

Quarta responsio datur armorum vsum prohibitum esse per se: non disponendo per alium: quia hic vsus non est malus absolute: sed clericis prohibetur: quia incongruus ob id, cessante incongruitate in aliorum persona, debet prohibitio cessare, censit Gratian. in d. §. his ita. Et sicuti non est inconueniens, quod episcopus
59 mandet iudici seculari capturam seu executionem, ita non debet videri inconueniens, quod id mandet suis propriis officialibus: quia vtroque modo dicuntur exe·

cutores

cutores Episcopi, Archi. in d. cap. dilectus. numero. 9. Alberic. in d. l. episcopale, nume. 3. C. de episco. aud. nam actus tribuitur mandanti, non exequenti, l. item
60 eorum. §. si decuriones, ff. quod cuiusque vniuer. nom. Hucusque incertus auctor, in quem sic Bereta.

Hęc ita tolluntur, quia quod primũ dicitur, iã in præcedẽtibus sublatũ est, eũ ostẽsum sit regulariter armorũ vsũ, tã per se quã per ministros & medias personas interdictũ & incongruitas, quæ in ipsis cadit etiã si per ministros proprios arma tractent, & dispar ratio est executionis quæ, fit medio brachij secularis ab ea, quæ per ministros armatos ecclesię, quia prebet nudũ menisteriũ facti, & immediatũ, quod ecclesiasticis non congruit, nec permittitur. Iudex
61 ✝ vero secularis nudus minister, & executor non est, quicquid male sentire videatur Alberi. in d. l. episcopale. Nam potest se opponere iudici ecclesiastico, & denegare brachium iniuste petitum, vt supra probaui: imo debet aliqualem causæ cognitionem in eo adhibere an iustum sit quod petitur, Ancha. cons. 38. Federi. cons. 251. cum aliis pluribus ad id citatis per Rolan. cons. 37. nume. 7. & 8. quæ ipsa ei non liceret si nudus foret executor, l. executorem. C. de ex. rei iud. l. si vt proponis eod. tit. cap. pastoralis. §. quia vero de offi. Rebuf. in. ll. regias in reg. tract. de sen. executo. art. 7. glo. 12. nu. 19.

Et per hæc etiam facile respondetur actum attribui
62 mandanti: executionis enim actus, qui fit a brachio seculari dicitur fieri, quia immediatã & sub se familiam habet armatam. Sic finis idem est & ab eodem prouenit: sed modus proueniendi ad finem in quo stat difficultas: diuersus est: siue dicamus, quod cum iudex laicus non consideretur, vt nudus executor non est lai-
63 cus regulæ dicti. §. item decurriores, veluti Castr. locet in eod. §. post. Barth. & alios ibi, idipsum planius facio. Quia cum quis nudum ministerium mandat ali-

 cuius

çuius actus, quem ipse si vellet facere posset, vtique cum is cui mandatur nudum præbet ministerium, tribuitur actus mandati. Ita probat d. §. item decuriones, at iudex ecclesiasticus, cum inuocat brachium seculare in primis implorando non dicitur mandare, deinde implorat illud, quod ipse exequi non potest neque nudum ministerium constituit cum posit nolle parere, vt supra dictum est: non ergo executionis actus, qui fit per ministros seculares tribuitur iudici ecclesiastico, vt tribueretur, si ipse propria familia armata id faceret, sed iudici temporali. Addit idem aliqua alia, quæ simul superioribus sublatis disoluentur vsque ad vers. quinta restat responsio.

64 Hæc Baretæ † sic iure inuertuntur, glosem matarium id non obscure affirmare: etsi ille abneget, simul pleraque iura & interpratetes, & nouissimum Tridentinum Consilium, quo personarum districtio indiscriminatim in causis, quæ fori sint ecclesiæ espiscopis permititur: sed & defensio licita est propria sæpius manu, tum aliena hortando & impellendo, quemadmodum idem Bere-
65 fatetur, licet plane † sacra facienti sacerdoti aggresso missam reliquere inuassorem assequi, & interficere nulla irregularitatis nota contracta. Panor. in cap. clerici numero 2. de vi & homi. clerico. Socin. in cap. ad audientiam numero. 40. de homi. Placa. in epi. delicto cap. 28. numero. 6. queque de hac & suorum defensione nostri & Theologi pasim tradiderunt. Pulchre Lelius Zanc. 6. mili. sacro lib. 1. cap. 2. numero. 24. Azpil. in cap. nullam 18. q. 2. nu. 52. Gutie. in practi. quæst. lib. 2. quæst. nu. 21. Placa. d. c. 28. à num. 1. Sebast. Medi. de reg. iur. reg. 5. ampli. 137. Maiol. Trac. de irreg. lib. 5. c. 48. num. 6. & seq. Cardub. in q. Theolo. lib. 1. q. 38. vt modo alios præterea innumeros.

66 Sane † quod Bere. ait secularem nudum non fore executorem: sed cognitioné etiam qualem, qualem saltim interpo-

interponere, verißimum est, dum brachium seculare, & illius familia armata imploratur, nos non acclamare cogi affirmamus, illud cum suam familia episcopi possunt exequi sententiam, id tunc tantum quando ipsa careant, vel si inutilem habeant, qua non poßint.

67 Porro † non recte putauit Bereta actum executionis totum seculari tribuendum: nam etsi illi cognitio aliquando tribuatur, non in omnibus id casibus, neque enim in mere ecclesiasticis vindicat, vt supra cap. 10. prima inspec. & sequentib. scriptum reliqui. Sed & cum ecclesiasticus suis in criminibus mixtis, pœnis multare rerum velit ad seculare minime adeundū, nisi vt aßistat tantū, scripsi ca. 10. inspe. 3. Præterea caussę † cognitio ad ecclesiastic pertinet, etsi
68 imploretur brachiū seculare. Sed vbi ecclesiasticus executionem perficere nollet insinuaret seculari, qui illi abtemperare tenetur: nisi enim eo instante fit Oliban. in cōmenr. vsati. alium namq; cap. 15. num. 46. & 47. & subticente ecclesiastico secularis conquiescit potestas, idem Oliban. inibi. Vnde frustra suis contorquetur Bereta exēplis, dum in l. item eorum. §. si decuriones intellectum multa profert, quę & inficiari tum ad casum conferre, minime quisquam viderit.

69 Occurramus rursus & Beretæ rationibus, qui eodem num. 17. ad medium versi. quinta restat responsio incerti reprobans solntiones auctoris, ait, armorum delationem, vel timore effusionis sanguinis, & quod non itidem deceat clericis prohibitam: & quia arma deferre non ad ecclesiasticos pertineat sacerdotes: sed secularibus detur cum de executione rerum iudicatarum agitur, sed de his plus satis respondimus, ne millies eadem repetamus.

Eodem nu. 17. versi. atq; quinto loco in Panor. & suæ opinionis Bereta tuitionem adduxit cap. cum non ab homine de iudi. crebriori † enim verba textus illa: Cum ecclesia non habeat vltra quid faciat per potestatem secula-

cularem est comprimendus &c. Ita interpretanda, vt ecclesiastici præter suas excommunicationũ pœnas in executionibus nihil amplius posint, in quem sensum sic intellexisse Oldradum & Federicum asseuerat. Sed huic, & cap. 4. supra respondi, respondet & incertus auctor cum episcopi familia careant armata intelligenda, vel etsi habeat, non ipsa sufficiat. Ego autem aliter † nunc, male Beretam ex illis verbis argumentari ecclesia non habet quid faciat, secularis igitur adeunda potestas, pleraque enim iura & armatam episcopis concedunt familiam, quæ cap. recensui. 4. & supra sæpius. Plane quandoque tam propterui sunt clerici, vt principali potestate coercendi sint: quod eos nec ecclesia anathemate posit aut districtione personarum deprimere, & cum vltra quid faciat nihil posit regum & principum imperio opus est, vt potentes potenter arma patiantur. Adfert & tex. Bere. in cap. 2 de male. respondi cap. 4. solui & eo capi. obiectum, cap. postulasti de homicidio.

72 Num. 18. ita Bere. si Rom. Pontifex, qui super alios omnes episcopos, non habet gladium temporalem actu, vt ex communi demonstrauimus in defensione tertij argum. Abbatis quomodo episcopi Papæ subiecti habebũt, Tollitur. Beretæ obiectum, millesq; id dixi, actu & habitu gladium deferre papam vtrumque, in temporalibus nisi in quibusdam casibus non exercere ex his vnus cum suas, & fori exequitur sentẽtias. At cum vna sit ecclesia extrauag. vnam sanctam. de ma. & obed. etsi illius minores & maiores prẹfecti, quid à rhombum papam episcopis maiorem, vel illo minores episcopos.

73 Rursus † respondetur his quẹ idem num. 18. vers. nono clerici vt ante, bellum non dici quemquam gerere qui se defendat, neque vere, nisi à principibus sumims inferatur. Rursus in refructarium eiusdem numeri, versi. decimo

74 apostolus, sic satisfieri † existimẽ gladiũ pricipes deferre

secu-

ſeculares, vt ſuam & eccleſiæ ſimul quandoque, cum ipſa non poſsit amplius defendent iura, ij rigidus: blandius Pontifices agunt.

80 Num. 20. † Bere. ſic incerti auctoris pungit argumentationem, bellum appellari executionem, quę manu fiat militari vti ex Innocen. Angel. docet in l. qui reſtituere de rei vendica. manu militari ſubinde intulit
81 prelatos † in ſubditos ſuos temporalem habentes iuriſdictionem, bellum indicere, dominos etiam temporales. Hinc argumentatur Bereta non alijs prælatis licere hac in executionibus, vti militari manu, qui tẽperali careant iuriſ
82 dictione, ſed & † Angelũ male intelligi ab incerto auctore.

Dum ex eo. doceit epiſcopos milinari poſſe manu executiones perficere. Et alia quædam interiecit millies repetita. Ego autem animaduerto bellum, vt ſuperius ſcripſi, non proprie executiones dici, quæ manu fiant mimilitari, & præterea fatetur idem Bere. & quot ſint om-
83 nes, prẹlatos iuriſdictionem habentes temporalem familiam poſſe ſuſtinere armatam. ſane iura a † Bereta & aduerſantibus adducta indiſcriminatim ſtatuere nuſquam eccleſiaſticis armatis licere ſatellibus vti quorum arma lachrymę ſint & orationes. Tertio vel ex eo magis Bereta conuincitur quod Bellu. qui tamẽ, vt modo dixerim Beretæ, & aliorum tuetur ſententiam, aperte doceat epiſcopis executiones manu licere armata agere, dum vis abſit, & non ſeculares reſiſtanr: quia inquit bellum ſoret, non autem familiã ſuſtinere armatã epiſcopis liceat, ex Innoc. licet Angel. nõ afferat, hæc ille in ſpe princip. rub. 11. §. & quæ dicta nu. 2. Oliban. in cõment. vſat. Alium namq; cap.
84 † 15. nu. 50. quorum ipſe memini in principio huius cap. licet igitur epiſcopis militari manu exequi, atque ita intellexere Innocen. Belluga & Oliban. neque diſſentit Angel. etſi illius in ſuam detorqueat Bere. opinionem, cuius Angel. ſcilicet, probabilis non neceſſaria auctoritas eſt.

85 Num. 21. † iterum decretum interpretatur Tridentini Consilij perperam in caute & subdole, & ne iterum superiora repetam versi. quintus nunc sequitur numerus Beretæ subticeo:

86 Fugatis Beretæ † in incerti auctoris consiliũ notis & ani-
87 maduersionibus adhuc vnum placet defendere, quę incertus tradiderat auctor consi. suo n. 26. † episcopos territorium habere: atque ideo exequi posse sententias suas & iudicatas res sui ipsius non aliena ope (hoc enim maximũ aduersantium confugium est non territorium affirmare episcopos habere, atque ideo sicuti in altero nisi sui ipsius implorato suffragio executio territorio fieri nequit: idcirco episcopos brachium teneri seculare inuocare) tex. in cap. omnes basilicæ 16. q. 7. ex cap. fina. de consti. 6. Gom.
88 in d. ca. fina. † nõ enim iurisdictio subsistere ordinaria sine territorio potest, Bal. in l. siquis ex consensu. num. 9. C. de Episco. aud. dixit commun. Boer. decisio. 227. ex l. fina. C. vbi & apud quem territorium † spacium est terræ iurisdi-
89 ctione munitũ, vti Bald. dicebat in rub. quę sint, regal. Oldrad. consi. 276. num. 2. & Deci. cons. 649. Boeri. vbi supra nu. 7. dicitur † à terrendo territorium l. pupillus. §. territorium. de ver. signi. vbi Rebuf. quasi terrendi sint & multã-
90 di incolæ: ab eo qui territoriũ habet, cui † iurisdictio adhæ
91 ret, Panor. consi. 20. num. 1. Bal in cap. 1. §. imo. nume. 4. quib. mo. feud. amitta. Soci Seni. consi. 74. lib. 1. & territorio ordinariam adhærere iurisdictionem Bart. docuit, Bal. & Angel. in d. l. fin. C. vbi & apud quem in. in. res. ex eo tex. in verbo adhæret. Iacobi. pulchre in. l. fin. 1. notabil. de iuris. om. iud. Moron. consil. 46. nu. 12. 13. 14. ita illud fiet vt cum territorium à terrendo, neque territorium nisi iurisdictio insit iure dicatur, & armata exequi familia episcopi poterunt quibus in his quę ad forum pertineãt illorum causis territorium habeant & districtum.

92 Non igitur Bere. argumentatio oberit nam affirmare epis-

episcopos territorium iusque terrendi & submouendi habere, id intelligitur iuxta ecclesiasticas constitutiones, non secundum leges ciuiles: quia hæ iurisdictiones separatæ sunt, & diuersimode regulẽtur, vt sup. & tradit Boet. d. decisi. 223. nume. 10. Terrebit ergo & coercebit mucrone ecclesiastico & gladij materialis exercendi potestatem relinquet iudici temporali, vt canones volunt, & sic friuolũ (ait Bereta) illud apparet argumentandi genus. Hucusq;
93 ille. Non † certe debuit Bereta friuolũ appellaae argumẽtum alioquin indissolubile, & cui tam inconcinum dedit responsum: vt iustius illius dixeris friuolam solutionem: quasi canonum sacri conditores, alio vsurpent territorium significatu: quam iurisconsulti, quo, nihil dici infelicius, potuit.

Deterius † ille dũ ecclesiasticis sanctionibus putat epis-
94 copos non posse distringere, male multare, laicos coercere in his, quę ad ecclesię pertinent forum: hec enim solutio primum quæstionis principium repetit, & quod nos iuste abnegamus, ille vti certum constituit: Ceterum dum addit coercere mucrone episcopos spirituali id nullus vsquam (nisi nouator foret & hæreticus) diffitetur. Alia quædam Bereta subtiliter consilio aduersus incerti auctoris cons. 3. admiscuit quę luculenter ex dictis cap. 4. & superius exaratis non obscure tolluntur: sic natura comparatũ, vt Terẽ. ait quot capita: tot sensus. Et Virgil.

Scinditur incertum studia in contraria vulgus.
Ouidius.
Mille hominum species, & rerum discolor vsus.

NEque diffiteor † ancipitem fore quęstionẽ verum, in
95 eam me lubenter, quę ecclesię foueat † deflecto sentẽ
96 tiam. Improbauit incerti consilium Bereta auctoris, illius

 ego:

ego:alius meam aſpernabitur opinionẽ, quam alter quiſpiam poſt defendet, laboraui ingenue, & auctorum Italię, Hiſpaniæ & Galliæ, quos noſtra fert Bibliotheca claſſes
96 duas, negantium primam, aſtruxi, affirmantium poſt alteram, vt quid Galli., Itali, aut Hiſpani cēſerint quiſque pro roſtris ſpectet.

CLASIS ITALORVM, qui non poſſe epiſcopos tenuere, familiam habere armatam opinantur.

Gloſa in cap. dilecta de ſente excom. lib.6.

1 *Iohan. And. in addi. ad ſpecula. tit. de offi. ordin. qui receptam.*

2 *Hoſtienſis in cap. ſignificaſti. de offi. delega.*

3 *Panor. in cap. 1. de offi. ordin.*

4 *Felin. in cap. ſignificaſti. num. 4. de affi. delega.*

5 *Capra in d. cap. ſignificaſti.*

6 *Auguſtin. Bero. in d. cap. ſignificaſti, vti obiectis reſpondet Decij.*

7 *Oldrad. conſi. 86.*

8 *Roma. ſingul. 703. vbi hanc dicit veritatem.*

9 *Anto. de Bu. in d. cap. ſignificaſti.*

10 *Angel. in l. fin. C. de iudi.*

11 *Fran. in cap. dilecto. num. 7. de ſent. exc-m.*

12 *Gem. in d. cap. dilecto ad finem.*

13 *Prob. in d. cap. dilecto.*

14 *Anchar. in d. cap. dilecto.*

15 *Innocen. in cap. olim. in fine de reſ. ſpolia.*

16 *LeaZa. in Clem. 2. de here.*

17 *Imol. in d. Clem. 2.*

Zabel.

19 *Zabal.in d.Clem.2.*
20 *Bal. in. l.2. num.69. C. de seruitu idem in l. episcopale.C.de episco. aud.*
21 *Afflict.iu const.Sicy.rub.de illi.porta.armo. num.6 & 7.*
22 *Bere.qui ex his multos recensuit consil.4.*
23 Laudunen.in Clem.1.de offi.ordina.
24 *Iul.Clar.in practi. crim.§.fin.quæst.37. num.8. vbi ita seruari.*
25 *Gras.lib.2. commu. communem dixit cap.8.q.8.*

HISPANI QVI EANDEM sequuntur.

26 *Ex antiquioribus Bellu.in specul.princi.rub.11.§.tractandū vbi non licere episcopis docet.*
27 *Iohan. Lup. acerrimus huius opinionis defensor, qui Bellu. non meminit in cap.per vestras 2.notabi. à num.1. de dona.in.vir.*
Auil.in cap.prætorum.cap.20.num.14.
28 *Auend.tract.de exequen.manda.reg.cap.1.num.22.*
29 *Mencha.tract.de successi.creati.§.22.num.17.idem.§.6.nu. 16.versi.illud autem.*
30 *Pazi.in practi.2.to.prælud.2.num.54.*
31 *Didacus Perez in.in l.48.tit. 1.glo.3.lib.3. ordi.idem in l. 48.addi.fina. lib.8.*
32 Redin.de maiesta.princi.berbo per legitimos tramites à nume.142.
33 *Montal.in reper.ll. ordinam. verbo.iudex ecclesiasticus.*
34 *Azeued.in l.14. tit.1. num.4. & 5. vbi solius Panor. & Decij meminit.*
35 *Oliban. regius huius vrbis Barcinon. senator. in comment. vsatici, alium namque, cap.15.num.50.versi.sed quia familia armata.*

GALLI

GALLI QVI EANDEM.

37 *Lucas de Pen. in l. 1. C. vt armo. vsus. lib. 11.*
38 *Boeri decis. 127. vbi sic iudicatum pluries.*
39 *Cass. in consue- Burg. num. 1. de iusti. glo. mesieis §. 6. nu. 90.*
40 *Carol. de Gras. in rega. Fran. lib. 2. iure. 10.*
41 *Capel. Tolos. decis. 378.*
42 *Masue. in pract. tit. de iud. & eo. iurisdic. num. 20.*
33 *Rebuf. in concor. Gal. rub. de reg. ad præla. nomi. fauen. verbo manibus, & in ll. regias. rub. quan. iudi. secula. num. 68.*
44 *Marcus decisio. 449.*
45 *Paponi. Arest. 26. tit. 5. lib. 1.*

CLASIS EORVM QVI

tenuere contrarirm, posse episcopos armata vti familia.

ITALLI.

Glos. in in cap. contra idolorum 26. q. 5.
1 *Panor. sibi contrarius in cap. grauem. num. 5. de pœni.*
2 *Innoceu. in cap. olim. in 3. de resti. spoliat.*
3 *Felin. in cap. cum sit generale. num. 20. de fo. com.*
4 *Barbat. in d. cap. significasti. num. 30. de offi. delega.*
5 *Imo. in cap. 1. de mu. petitio.*
6 *Zabarel. in cap. litteras. glos. penul. de rest. spolia.*
7 *Anna. in rub. de sacril. num. 5*
8 *Forler. in pract. cano. 2. par. versi. aut inquisitio formatur*
9 *num. 25.*
Maria. Socin. in cap. cum sit generale in fine de fo. compe.
10 *Vaquel. in cap. cum episcopus. conclusi. fin. de offi. ordin.*

Cag-

12 Cagnol.in l.1.num.26.ff.si quis ius dicen.non obtemp.
13 Angel.in d.l.1.ff.si quis ius dicen.glo.2.
14 Bald in l.nam salutem §.aut enim.ff.de offi.præfe.vigil.
15 Fulgo.in d.l.1.de officio.præ.vigil.
16 Marsilli.in pract.crim.§.pro complemento.num.5.
17 Neuizan.consi.83.nu.7.Iohan. de Gadib.in scho.ad Deci. in d. cap. significasti.
18 Incertus auctor inter consi.Bere.consi.3.
19 Menoch.de arbi.iudi.casu.394.num.64.
20 Sbrozi.nouissime tract.de vicar.episco.lib.2.q.191.

HISPANI QVI EANDEM

Dida.Couar.in pract.99.q.10.nu.2.
21 Gondisal.tract.de hæti.quæst.11.num.70.
22 Diaz de Luco in pract.cano.cap.114.
23 Segura in direct.iud ecclesi.cap.13.num.24.
14 Salzed.in addi.Di.de Luco cap.160.num.23.
15 Franciscus Pen.hodie rotæ.Rom.auditor.clarissimus in schl.
26 ad direct.Inquisit.scæol.116.vbi communem asserere ausus est.

GALLI.

27 Stephan.Aufred.tract.de potest.eccle.in princ.vbi se ita obseruasse: etsi cum aliqua secularium iudicum querimonia idem in Clem.1.de offi.ordin.5.quæst.principa.
28 Ex his (dolens dixero) frequentiorem primam viderim sententiam, illi numerum quinque supra quadraginta efficiunt: posteriores nisi septem viginti sint. Receptui igitur canendum putauerim.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Brachia corporis duo vt se inuicem iuuant: sic brachium ecclesiæ, seculare, & è conuerso.*
2 *Seculares potestates ecclesiasticum quandoque inuocare auxilium possunt, & ratio noua, cur id fiat adducta.*
3 *Differentiæ, quæ inter inuocationem brachij secularis, & ecclesiastici.*
4 *Iudex ecclesiasticus stare teneatur processu iudicis secularis, vbi secularis ab eo auxilium implorat.*
5 *Iudices ecclesiastici excommunicationibus, & censuris iuuāt seculares.*
6 *Auxilium vtriusque brachij quomodo præstandum.*

EPISCOPI ET IVDICES ecclesiastici, seculares potestates suꝰ brachio iuuare tenentur.

CAP. XIX.



1 IC se auxilio † mutuo corporis brochia duo iuuant vt vnius infirmi, vel debilis alterum, & curas euoluat & diurna subeat ministeria: hac ipsa mutua charitate duo se auxiliantur potestates ecclesiastica & secularis cap cum ad verum. cap. duo sunt. cap. si imperator. 96. distinct. cap. nouit. de iudi. glo. in verbo publicam in. cap. 1. de offi. ordin. pręclarus tex. in cap. delicto. ad finem de sent. excom. glos. in cap. 2. verbo potestatē. de maledi. Panor. Innoc. Anchar. Zabarel. imo. Bellu. & Alcia. n. 125. & 126. in. c. 1. de offi. Oldra. cons. 89. Afflic.

Afflic.iu conſt.reg.Sici.in præfa.à nu.44. Octa.in pra.li.8. cap.fin.nu.20. Mendo.in 2.for. communis verbo auxiliũ, Meno.de retin.poſſeſ.rem.3.nu 359.& 360. Gracia. regu. 422.Bellu.inſpe. princip.§. tractandum.nu.1.Socin.in ca. cum ſit generale,num.24.de fo.compe.Dida.in pract.qq. cap.10.nu.1. in verſi.eadem ratione. Mantua. in obſerua. lib.10.cap.2. Ioan.Lup.in cap. per veſtras. 2.nota. à nu.1. cum ſeq.de don.in vir.& vxor.Auil.in cap.prætorum.cap. 20.nu.17.verbo vſurpari.Paz.in pract.tom.2. in præfatio num.4. Par.de Pu.deſiindi.verbo Brachium.num.1.& 2. Segu.in dericto.iud eccleſi. 2.par.c.13.Atzeb.in l.14.tit.1. lib.4. nume.1. And. Gail. obſeruatio.115. nume.1.& 10. lib.2.Salze.ad Di.de Lu.in pract.cano. c.1.160.nu.10.ita fiet,vt ſecularis auxiliũ poſsit acclamare eccleſiaſtici omnibus his affirmantibus.

2 Sane nullus hucuſq; rationem reddit cur id fiat. Hæc igitur ipſa eſt,vt cum † filius patrem iuuare teneatur, dixi cap.1.huius tractatus:turbato ordine,pater periclitanti filio opitulari,& opem ferre tenetur:alioquin male multari poſſet & puniri,vti delicti conſcius & particeps, quemadmodum poſt Anto.Gomeſ.plac.& innumeros cenſit Farina.qq.crim.lib.2.queſ.51.à nu.26.cum ſequen.eccleſiæ Chriſti Vicarius Pontifex pater regum,& principium omnium eſt, eos filios vocare ſolitus vt d. cap.1. ſcripſi: inhumanum certe foret, vt cum filij reges, quorum rum imploratur auxilium ab eccleſia ſuccurrant, & opitulentur, pater filijs acclamantibus, non idipſum præſtaret.

3 Verum diſcrimen nec minimum quidem † in his, interpretes animaduertuntur,eccleſiaſticus cenſuris & anathemate agit aduerſus ſeculares auxilium denegantes, vt ſup. cap.14. ſecularis aduerſum eccleſiaſticum ſuadendo, &deprecando,quod ſi nolet ſuperior illius adeundus,qui recuſantem compellat cap.2. de excep. in 6. Innocen.

Panor.

Panor.in d.cap.1.de offi.ordin.num.17.vbi Alciat.nu.26. & 123.Iaſ.in l.à diuo.§.ſententiam.nu.16. de re iud. Dida. Couar.d.cap.10.nu.1.verſi.eadẽ ratione Auil.in cap.prætorum.cap.20.nu.21.& 22.dixerunt frequentiorẽ Alciat. ſup.nu.26.& 123.Dida.ſup.Salzed.d.c.160.nu.10.Atzeb. in l.15.nu.10.& 11.tit.1.lib.4.Pazi.vbi ſupr.nu.5.Bellu.in ſpect.prin.Rub.11.§.reſtat.nu.1.

4 Aliud porro diſcrimen interpretes † annotarunt:implorato etenim ab ſeculari eccleſie auxilio vbi ſuam exequi ſententiam nequit,nõ proceſſui ſecularis requieſcet eccleſiaſticus. Denuo enim cognoſcere poteſt, & integro iudicium ſuſcitare: quæ frequentius opinio recipitur teſtante Deci.in cap.etſi clerici.de iudi.Viui,inter communes recẽſet multos in verbo iudex laicus. Auil.in c.prætor. d.c.20. in verbo vſurpan.nu.20.Paz.in pract.2.to.in præfa. nu.6. & præter eos Iul.Clar.in pract.§.fin:vbi Bajar.ad eũ q.36. nu.49.praxis in his qualis Diaz de Luco in pra.can. c.116.
5 Paz.ſup.Iuuabunt autem † excommunicando,& eccleſiaſticæ diſciplinæ mucrone Põtif.Romanus,& epiſcopi,vbi vel legibus,legitimiſue principibus vaſſalli obedire recuſent,atque in alijs caſibus, in quibus eccleſiæ ſuffragia peterentur,vt memorati oſtẽdunt interpretes precipue Tudiſ.in d.cap.1.nu.14.de offi.ordin.vbi. poſt Hoſten. & ve-
9 teres improbata † Innocen. cenſuit opinione, ſic iurare eccleſiaſticos ſeculares debere, vt & vitare non parentes, & excommunicare teneantur,ſeculares autem ab eccleſia damnatos punire,& in exterminum dare:quemadmodum etſi diu forent fœdere vrbes vnite,idipſum præſtare tenerentur,vt ille inibi,& ſequitur Auil.d.c.nu.20.nu.17.& Iaſ.antea.in l.à diuo Pio.§.1.num.10.de ſent.& re iud.

DE



DE BRACHIO SECVLARI ECCLESIAE PRAESTANDO ET MVTVIS iudicum auxiliis.

LIBER SECVNDVS.

SVMMARIVM.

1 *Eculares potestates se inuicem iuuant.*
2 *Iudex secularis inferior potest potentioris opem implorare.*
3 *Bal. pronunciatum.*
4 *Iudices sese multo iuuant.*
5 *Angeli dictum insigne.*
6 *Iudex secularis qui alteri opem denegat a suo potest superiore puniri.*
Iudex mocrum habens imperium, Si locus desit ad iurisditionem excersendam, in vicinori id facere poterit.
8 *Iudices seculares qui iurisdictione carent, vt suum ministerium perficiant, alterius iurisdictionem habentis auxiliũ possunt inuocare.*
9 *Asinij pronunciatum insigne.*
10 *Rector scholarium iurisdictione carens, alterius iurisdictionem habentis auxilium implorare potest vt suam liberius exequatur sententiam.*

SVO SE BRACHIO
& ſeculares poteſtates inuicem adiuuare.

CAP. XX.

1 SIC ſe mutuo † ſeculares poteſtates auxilio ſuſtinent, vt quemadmodum ſecularis eccleſiaſticum,& hic, alteri ſuffragia mittit;ita plane ſecularis ſeculari auxilium ſubminiſtrat, vt quę inualida illius ope nequeat accito alterius perficere ſuffra
2 gio poſsit:proditumque apud Bart.illud † ſcio iudicem alterius poſſe potentioris brachium poſtulare; in l.ſi quis in hoc genus in principio ex illo tex.C. de epiſ.& cler.ex eo-
3 dem & in eodem tradit † Bal. barbare tex. homines de contrata (vt illius verba efferam) ad præceptum officialis vel iudicis teneri, malefactorem capere,& ad ipſum ducere.Quia ſuperioris poſsit auxilium implorari,l.properā
4 dum. §. ſinautem C.de iudi.c.1. de offi. ordin. ſic † iuuant &ſubſidium præſtant iudicibus iudices, alij l. 2.C. de his qui.latro.
5 Sed & Angel. pulchre ſcripſit in l.2.C.de his qui.latro. eum qui non poſsit iudicem reum ſatellitum, & armatæ familiæ prædefectu capere, alterius tunc auxilium poſſe implorare,etſi illius nolint ſubditi:idem in l.1. de Nili ag-
6 ger.nō rum.† Quid tandem,ſi iure interpellatus iudex nō auxilium præſtet a ſuperiore,multabitur & pœnas luet, l. ſi iudex.ff.de va.&extra.cognitio Pa.de Pute.tract.de Syndi.verbo brachium,qui hæc poſt Bart. in l.a diuo Pio.§.ſētentiā.vbi Iaſon & turmatim alij ff.de re iud.Did.in pract. qq.capi.11.nume.2 in verſ.ſed & apud. Arelata.tract.de hære.quæſt.19.num.10.idem Bart.Caſt.Seyſil.& Cogno.

nu. 78. & 79. in l. 1. ff. si quis ius di. no. obtemp. Atzebed. in l. 14. uu. 1. tit. 1. lib. 14. Auil. in cap. prætorum. cap. 20. verbo vsurpan. num. 18. vbi & auctoritate scripsit Ioan. de Pla. in l. tanti collaterales §. eos licet. de re mil. lib. 12. & Pla. in l. in fiscalibus C. de ex. tribu. lib. 10. eum
7 † qui merum habuerint imperium iudicem, si locus de sit, in loco posse illud viciniori excersere, notandum certe & singulare dictu.

8 Thesaurarij quoque & aliis qui iurisdictione caruerint vt suum iustius ministerium adimpleant, illius, qui iurisdictionem iudicis habet, inuocare auxilium potest, d. l. in fiscalibus. & l. sequ. vbi Ioannes de Pla. de exactori. tribu. lib. 10. C. Rebuf. in ll. regias, to. 2. tit. de lit. requir. nu. 23
9 & † censuit Asini. tract. de executio §. 3. cap. 133. nu. 3. inferiori, cum non aliud posit fas esse iudici superio
10 rem interpellare, & illius suffragia petere. Idipsum † Bar. in rectore scripsit scholarium, qui cum non posit, alterius, vt suam exequatur sententiam arma & familiam poterit conclamare in l. a diuo Pio §. 1. vbi Alex. & Ias. nu. 14. de re iud.

SVMMARIVM.

1 *Fraternum fœdus vulgo hermandad, apud nos vnio.*
2 *Delinquentes capti ab insequentibus vbi fraternum fœdus initum fuit, an capi possint in alieno territorio.*
4 *Bart. opinio.*
5 *Delinquentes in vrbe non fœderata in altera capi & multari possunt.*
7 *Confederationis natura qualis ex Bart.*
8 *Iudices ecclesiastici, & e conuerso seculares præscrip-*

tos ab vna iurisdictione, alij vitant.

8 *Iudices duo parem habentes iurisdictionem, damnatum ab vno, vitat alius.*

9 *Represaliæ decerni possunt in ciuitate confederata.*

10 *Relegatus ab vna ciuitate confederata ab altera relegatus censetur.*

11 *Alex. traditio celebris.*

12 *Baldi aduersus Bart. opinio.*

13 *Baldus Bartoli sententiam sapientibus displicuisse scribit.*

14 *Confederatione sola in criminalibus, nulla adinuicem iurisdictio tribuitur.*

15 *L: non dubito. ff. de capti & post lim. reuer. intellectus.*

VRBES VEL PROVINCIÆ QUÆ ID FŒDUS COIERINT, AN DELINQUĒTES IN VNA REOS AD ALTERAM FUGIENTES, ILLIUS POSSINT PUNIRE IUDICES.

CAP. XXI.

1 FRaternum fœdus † (hermandad vulgo in vlteriori Hispania, apud nos vnio) iniere vrbes, & loca, lugens dixerim, in Cathalonia raro, et si nunc diuina fauente clementia lustro errante vno instituta sit) vt scœlestes, facinorosiq; homines nullius subterfugio & in alieno etiam † territorio comprimi, distringique posint. Cum hæc contigerint videamus an rei
2 in alieno capi territorio non insequentibus, his in quos ad missum facinus, sed ab aliis, cuius territorium est, distringi posint & iudicari.

3 Liui. 4. belli Macedo † tria fœderum recensuit genera: esse autem (inquit) tria fœderum genera, quibus, integre paciscerentur amicitias, ciuitates, regesque: vnum cum bello victis dicerentur leges. Vbi enim omnia ei, qui armis plus posset dedita essent, quę ex iis habere victos, quibus multari eos velit, ipsius ius & arbitrium esse. Alterum cum pares bello æquo fœdere in pacem atque amicitiam venirent: tunc enim repeti, reddique per conuentionem res, etsi quarũ turbata, bello possesio sit, eas aut ex æquo simul, aut ex formula iuris antiqui, aut ex pactis vtriusque commodo componi. Tertium esse genus, quum qui hostes nunquam fuerint ad amicitiam sociali fœdere iungendam coeant, eos neque dicere, neque accipere leges: id enim victoris & victi esse. Hæc Liuius pulchre.

4 Bart. igitur † non dubitat in l. non dubito, ff. de cap. & postlim. reuer. nu. 4. hanc fœderis contracti vim, vt in vno delinquens in alieno posset ab his, qui illi pręsunt territorio puniri, et si non delicto, origine, vel domicilio subditus sit delinquens. Nam cum dixisset Proculus in principio fœderatos Rom. popul. liberos omnino, neque exterarum nomine gentium censeri, atque ideo, nec postliminij iura posse inter eos vindicare ad finẽ scribit in versi. Atsi fiunt apud nos rei ex ciuitatibus fœderatis, & in eos damnatos animaduertimus. Ex † his Bart. verbis in eam

5 deuenit sententiã, vt crediderit reos vnius in altera posse ciuitate fœderata puniri, quasi vna & eadem vrbs vnum territorium videatur. Porro † ea sint fœderationis iura vt promisiue vna alterius iura vindicet, exequatur, ministret.

6 Altera † mouetur ratione Bart. vt cũ ecclesiastica & se-

7 cularis iure fuerint fœderate atque ideo vna alteram iuuerit, & prescriptum ab vna, altera vitet, & subterfugiat, quẽadmodum supra cap. 19. ad finem scripsi: sic sane in fœderatis vrbibus, nam & in criminalibus, cum duo sint iudices † parem habentes in loco iurisdictionem, ab vno damna-

8

tum,alter eadẽ ſententia multare & punire poteſt, quod mox dicemus. Bal qui ſibi contrarius aliquando eandem cũ Bart.opinionẽ tenuit in d.l.a diuo Pio. §. ſententiã & in auct.& omnino.C.ne vxor pro marito. Tertiam ſuperad dit argumentationem: quoniã inquit vnius incola ciuitatis in altera pignorationes(vulgo repræſalias)obtinet,vt in propria poſſet Bart. opin. ſequti ſunt multi Bal.in l.1.q.8. de offi. conſul. Cuman.in d.§.ſententiã. Io. de Imo.in l.pe nul.ff.de pub.iud. Laudunen.tract.de confedera.principũ q.62. & Hypol.de Marſil.in pract.§.opportune.nu.36.& in l.fin.nu.127.de iuriſ.omni.iudi.& in conſ.121.nu.9.Iaſ. in d.§.ſententiã.nu.10.11. Cathal.tract.de ſyndica.verſ.22 Alex.in c.1.§.in conuenticulas.de pace iuramen. firman. Corrad.in pract.de inquiſitio.nu.13.& tit.de captu.nu.12. Roland.cõſ. 60.nu.5.6.& 7.lib.2. Nellus tracta. de banni.
10 2.p.2. tẽpo.q.36.an.1.vbi ab vna † relegatum ciuitate,ab altera fœderata relegatũ itidẽ cenſeri.Idẽ Bal. in l. etiã C. de iu.do. ad finẽ,vbi relegatũ ſcripſit a Peruſio in caſtro plebis degere nõ poſſe,quod relegatus & à caſtro ob fœderis vnitatem videatur.

Alex.ſibi contrarius in addi.ad Bar.in l.ſi conuenerit.§. ſi nuda de pignor.actio.idẽ Catal.d.tracta. de ſyndi. verſ.
11 211.vbi erudite † ſcriptũ reliquit,cũ vel iure aut cõſuetudine rei remiſsio interdicitur:tũc iuſte,cũ alteri alia fœderata ciuitas vel prouincia eſt,petitur.Sed & fortius addit et puniri in alia poſſe d.l.nõ dubito de capti.atq.ideo animad
12 uertit inibi reos & facinoroſos ne in vrbes vel fœderata cõ fugiãt loca illic coerceri & male multari poſſe, Alex.cõſ. 84.lib.3.Socin.conſ.74.lib.1.Contrariũ † ſententiã tenuere alij;Balb.vt ſæpe ſolet ſibi cõtrarius in l.executorẽ n.32
13 C.de execut.rei iud.vbi Bart.plus nimio repræhẽdit, erraſſe affirmans,neq. conſuetudine aduerſante,illius obſeruari traditionũ:ſed neq. † ſapiẽtib. placuiſſe, ſimul & cõſuetudini, Felin.in c.poſtulaſti n.10.de re iud.Sozin.conſ.86

cõſ.86.col.4.Clar.in prac.crim.§. fi.q.38.n.10.vbi in practica nõ recedendũ animaduertit a Baldi ſentẽtia, idipſum nouiſsime Farina.in qq. cri. titu.de inquiſ.q.7.nu.6.verſi.
14 limitu tertio. Rebuf. vbi tuitiorem dixit in ll.reg.tit.de lit. quiſito.gloſ.2.nu.8.Bayar.ad Clar.d.q.38. num. 26. & 27.

Improbant maxime † Bartoli opinionem, Bald. & alij, quod in criminalib.ob fœdus initium, nulla tribuatur iuriſdictio,etſi vnius hoſtes,alterius ſint, d.l.non dubito. neque enim pacta initi fœderis, ad ea niſi quę expreſſa ſint protendi poſſunt,ita fit vt qui adherent & in fœdus pepigerint pacis conuentione non contineantur,niſi nominati fuiſſent,cap.ad Apoſtolicæ,in verbis & omnes amicos, ſibique adhærentes in pace ponere, vbi Gem. in princ. de ſent.& re iud.iud. in 6. Panor. in cap.1. de poſtulat.prælaror.Alex.& Iaſ.in d.l.à diuo Pio.§.ſententiam,num.10.ad
15 medium.ff.de re iud.

Sed neque illius Proculus † extremis in ea quæ ſupra ſcripſimus verba relatis,voluit Bart.probare ſententiam: id ſolum eos,qui Romę delinquerint ex aliena fœderatos prouincia ibidẽ diſtringere neque enim percuſſum fœdus facinoroſos poterit,quin multentur eximere.viderim autem Bart.receptiorem fore opinionem,etſi nõ vſus ipſam fuerit amplexatus,teſtantibus.Farina.& Claro.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ requiſitoriæ,vel ſubſidiariæ apud Iuriſconſultos epiſtolæ dictæ.*
2 *Epiſtolæ deprecatoriæ apud Iuriſconſultos.*
3 *Litterrarum requiſitoriarum vſus neceſſarius.*
4 *Litteris requiſitorijs alterius imploratur iudicis auxilium.*
5 *Iudicanti extra territorium non paretur.*
6 *Imperia & regna ſuis diſtincta limitibus.*
7 *Papæ & regum iuriſdictiones ſeparatæ.*
8 *Iuriſdictiones cauſa maxima ſeparatæ.*
9 *Iuriſdictionis alienæ vſurpator puniendus.*
10 *Iniuriam infert magiſtratus alteri, qui in alieno ter-*

 ritorio,

territorio capit, distringit, vel multat.

12 *Iurisdictiones ecclesiastica & secularis se mutuo iuuant.*

13 *Causæ cognitio necessaria in concessione litterarum requisitariarum.*

DE LITTERIS REQVISITORIIS VULGO DICTIS, DEQ. IPSARUM ORIGINE & NECESSARIO VSU.

CAP. XXII.

1 LItteras hasce † requisitorias vel subsidiarias, nostri vulgo vocitant apud iurisconsultos epistolæ vocari solitæ sunt, obid Marcian. dum officium recti assessoris, quæque ad eum pertinent docet, hæc in l. 1. ff. de offi. asseſſo. omne officium assessorum, quo iuris studiosi partibus suis funguntur, in his fere causis consistit, in cognitionib. postulationibus, libellis, edictis, decretis, epistolis. Hæc illæ & recte quidẽ Acursi. dum tex. dixerit epistolas, addidit alteri (inquit) prouinciæ mittendis, vt sententias exequantur aut testes
2 recipiant, aut caute remittant. Eodem ipso † epistolarũ nomine deprecatoriȩ hȩ litterȩ nominantur, in l. diuus. ff. custo & exhibi. re. diuus Adrian. Iulio secundo ita rescripsit, & alias rescriptum est, non esse vtique epistolis eorum credendum, qui quasi damnatos ad præsidem remiserunt.

3 Harum † vero vsum per necessarium fore omnes viderint: vix enim, nisi hisce litteris ius, suum quisquam in aliena prouincia cõsequi posset rei, scelestes & facinorosi, vbique tuti forẽt. Atque ideo ne, in confuso iura sint hominũ scoele-

4 scœlestes etiã & impij possint coherceri iure † veteres praxim tradiderunt, vt cum alieno iudicum opus sit auxilio his petitur litteris depræcenturq; iudices alios, vt exequantur, seseque simul offerant id ipsum cum oportuerit extẽplo facturos. Clem. pastoralis. §. nos quoque. de re iud. nos quoque regius ordinarius iudex, quod ad imperatoris iudicium citaremus, vel citari, aut remitti faceremus eundẽ, nequaquam fuimus requisiti &c. cap. Romana. §. contrahentes in verbis sed tunc loci Diocœsianeus ad denuntiationem ipsorum faciet huiusmodi missionem, &c. l. iudices. C. de fi. instrumento. cap. cum causam, ibi Felin. de tes. nu. 27. Hæc igitur veterum & neotericorum praxis. Gemi. Fran. Zabarel. Mona. & alij numero plures in d. §. contrahentes. Oldrad. consil. 83. Socin. consil. 167. lib. 2. Bart. Bal. Ange. Castr. Alex. Ias & alij in l. à diuo Pio. §. sententiam. de re iudica. Rebuf. in ll. regias titu. de litte. requis. in princ. Angel. pulchre ex eo tex. in l. properandum. §. fin. autem. C. de iudi. clar. in pract. crim. §. fin. quæst. 31. nu. 19. vbi has litteras subsidiarias vulgo appellari scribit. Couar. in pract. qq. cap. 10. & 11. Lanfran. in cap. quoniam contra. verbo testium productiones, deproba. Felin. in cap. 2. de testib. cogen. Beniten. decis. 74. num. 4. Gramme. consi. 41. nu. 16. Menoch. in commen. de recuper. possessi. rem. 15. quæst. 26. num. 346. & 362. And. Gail. obser. 56. à nu. 1. lib. 1. vt modo alios reticam plures.

5 Sane cum † extra territorium ius inibi dicenti non impune pareatur, l. fin. ff. de iuri. om. iud. & sua quæq; regna,
6 imperia, dominationes, limitibus † distinguantur & finibus, quæ fere iure gentium secundario instituta fuere, l. ex
7 hoc, iure de ius. & iu. Pontificis, summi Cæsaris † regum iurisdictiones separatæ, cap. solite de maio. & obed. Parochiæ † cap. pastoralis. de his quę fiunt à prælato turbarentur iurisdictiones, totaque simul ecclesia, nisi quisquã suo
8 iure & † iurisd. ctione contentus in alienam prorumperet

&ca. peruenit. 11.q.1.officia deperirent permixta l. repetita.C. de episc.& cler.l.consulta diualia.C.de testan.
10 Atque ideo † alienæ vsuapator iurisdictionis iuste multa-
11 bitur l.fin. C.vnde vi,& iniuriam infert † magistratus alteri, cũ in illius territorio,vel distringit,vel quod iurisdictionem efferat exercet aliquid capi.ex parte. 1.de verbor.signif. Iuste igitur obtentum , vt quę vnus in alterius nequit territorio auxilio implorato consequatur.
Et sicut † duę iurisdictiones seculares & ecclesiastica alte-
12 ra,alteram se brachio iuuant: sic vnus alterius iudicis iussa diligenter exequitur,l.episcopale. C.de epis.aud. in princ.
13 Co.2. constit.cap.dilecto.de sent.excõ.Enimuero † vti in criminalibus : sic in ciuilibus causis & controuersiis in remissionibus decernendis,qualisqualis causæ cognitio necessaria est: vt ex Anchar. & Ange. scripsit Felin. in cap. fin. num.22.de for.comp.Rebuf.in ll.reg.tom.2. tit.de litteris requisito.num.9.dixi inf. cap.40.

SVMMARIVM.

1 *Citatio in alieno territorio fieri non potest.*
2 *Demus refugium tutissimum.*
3 *Cæsarea decisione digna quæstio.*
4 *Vocare in ius in alieno territorio omnino prohibitum.*
4 *Citatio verbalis in alieno fieri territorio.an possit.*
6 *Bart.opinio.*
7 *Citatio in alieno territorio litteris fieri potest.*
8 *Actus notificationis,nulla iudicij pars.*
9 *Stylus quis solitus obseruari.*
10 *Vocatio per edicta in alieno territorio.*
11 *Citatio realis,in alieno prohibita territorio.*
12 *Iniuria reficienda iudici , in cuius territorio realis facta citatio est.*
13 *Iudex alieni territorij iuste interpellatus parere literis requisitorij stenetur.*

Iudex

14 *Iudex domicilij quandocunque sibi subditum extra suum territorinm vocare potest.*
15 *Testes in alieno territorio degentes litteris requisitorijs exquiruntur.*

CITATIO IN ALIENO territorio vt fieri in ciuilibus, vel criminalibus poisit, an alterius iudicis auxilio opus sit.

SVMMARIVM.

1 Ocare † quemquam in ius extra territorium suum, iudices non posse omnium placito cōparatum. Vnde nec citationem Henrici Cæsaris, qua Robertum Siciliæ regem extra imperij fines vocauerat nullam, Quintus Clemens dixit in Clem. pastoralis. §. desiperet de sent. & re iudi. Desiperet igitur (inquit tex.) qui citationem huiusmodi saperet ractasse citatum: vt illud tanquam notissimum nullatenus ommittamus, quod regem extra districtum imperij, in regnosci scilicet Siciliæ notoriæ ac continuæ tēpore supradicto morantem, citare non potuit imperator, nec citatio, si quam forsan de ipso intra fines imperij fecit, citatum extra imperium cōstitutum arctauit, l. fina. de iurisd. om. iud.
2 cap. 2. de constitutio. in 6. nullus enim in domo † vocatur ab alieno iudice suo cuiq; tutissimo refugio l. nemo de domo. ff. de in ius voc nec ab vrbe, vel prouincia, in qua degit ob id edictum propositum apud iurisconsultos fuit, de eo quod certo loco Salicet. in auct. si verum. C. de adult. Felin. in cap. fina. num. 22. in princ. de fo. compe.

Ita

3 Ita grauem prisci † dixere tractationem hanc, vt Angel. in d.l. fin.affirmauerit Cæsarea indigere decisione: nam & multi affirmarunt citationem verbalem saltim extra territorium fieri posse, Alberic.in l.1.de requir.reis.alia alij ego vt clare nodosum & versatilem extricem articulum inspectiones quasdam contexam, quibus perplexa hæc tractatio lucido distinguetur.

4 Prima, † toto prohibitum iure, quemquam in alieno vocari territorio posse.d.Clem.pastoralis.§.desciperet. d. l.fin.de iur.om.iud. Bellaperti. Fab. Felin. & alij quidam, quos recensuit & secutus est Didacus, Couarru. in pract. qq.c.10.nu.7.versi.ceterum vbi causa. Rebuf.in ll. reg.tit. de lit.requisit.nu.4.Bart.Ang.Ias.Marsi.in d.l.fin.Bossi. in pract.tit.de citatione.num.13.Maran.de ordine iudic.6.p. tit.de citat.num.40.Gail.obseruant.56.à nu.1.lib.1.Clar. in pract.crimin.§.fin.q.31.nu.19.

5 Contrariam † sententiam, vt verbalis fieri in alieno citatio territorio posit apparitore, vel nuncio, alij plures tenuerunt, & propria auctoritate nulla iudicis territorij expectata licencia, vel implorato auxilio, Rart. & ibid. Bal num.2.in l.omnes.§.si apparitor.C.de epis.& cle.glos.in d Clem. pastoralis, Marianus Sozin.in cap.sane si epis.nu.12 de foro competenti post Antoni.de Butrio.ibidem, eos sequitur And.Gail.d.obserua.num.3.& 4.Didacus Perez in l.1.tit.2.lib.3.ordina.Gratia.reg.256.nom.11. Hanc non obscure opinionem tutatur tex. in d.§. si apparitor.l.item veniunt §.si petitum.de petitio.hered. nudum enim ministerium executor exercet, non alienam inuadit iurisdictionem, nequo eo fine vocatur in ius reus, vt in eũ velut subditum ius dici posit: sed vt agnoscat litis aduersus eum instatæ denuntiatoinem fieri, ne ignorantię prætextu sese defendere posit, Gail.d.obserua.num.2.& 3.

Bart.autem in nodoso articulo tertiam delegit sententiã
6 & distinguit in l.1.§.1.ff.de requi.reis, & in extraua. ad reprimen-

primendum in verbo per edicta. aut vni parent princip iudice duo,& fieri citationem iuste credit sin minus in ius prohibitam vocationem,Ioan.And.& Gemin.in cap.meminimus de appella.Oldrad. consi.88. Ant.de Bu.in cap. fin.de fo. comp. dixit communem Iaf. in d.l. fin. num.24. de iu.om.iud.secutus est Maran.d.§.citatio num.40. repetit communem Aretin.consi.135.ad fin.Marsil. in eadem l.fina .nu.34.Marcus. decisio.401.ad finem.Clar.in pract. crim.§.finalquæst.31.num.19.qui & receptam, quanquā Couar. contrarium affirmar in d.cap.10. num. 7.& iuris canonici interpretes aduersum legū & iuris Cæsarei professores crebram aduersus Bartoli traditionem opinantur, quemadmodum idem Clarus testatur, Gracian. reg.422. nume.7.

7 Secunda † nunc in spectio in ius vocatio extra territorium epistolis id est requisitorijs litteris fieri potest,quibus iudex alterum deprecatur,vt reum suo nomine in ius vocet,& illi litem aduersum eum cœptam indicet, proinde responsurum, actoris libello admoneat, l.1.ff. de requir. rer. hanc crebrius apud omnes fere gentes receptissimam confitentur interpretes, & proin, non proprie in ius dici citationem:quia extra territorium nulla, sed insinuationē magis quandam. qua vocatus litem sciat adunrsum eum motam: † actus enim vt probe interpretes aiunt, hic non

8 vlla iudicij pars est. Atque ideo sine mandato explicatur, l. item veniunt. §. petitum. de peti. hered. Felin. in d.cap. fin.num.8.Gail.d.obser.56.num.5.lib.1.

9 Hunc in ius † vocandi quemquam in alieno ritum obseruari testatur Alberic.in l.1.num.2.de requ.reis. Iaco.de Bello.& alij,quos Clar.in pract.crim §.fin.q.31.num.19. Bart.Angel.Alex.Iaf.& Marsil.in d.l.fin.de iuris. om. iud. Oldrad.d.consi.83.Soci.consi.167.lib.2. Rebuf. in ll. reg. rub.de litt.requir.num.1.& 2. Maran.d.§.citatio num.40. Dida.Couar.in prac.99.cap.10.nu.3.& 7.Lanf. in cap.qq. quo-

quoniam contra verbo testium productiones deprobati. AEgid. Bosi. in pract. crim. tit. de opposi. con. test. nu. 26. Soci. in consi. 60. num. 11. lib. 2. Beniten. deci. 77. Meno. de recup. pnssesi. rem. 15. nn. 25. & 339. Dida. Castel. in l. 63. Tau. Auend. de exec. man. reg. c. 19. Gracian. reg. 422. nu. 7. & 8. Orosi. in l. cum quædam nume. 17. ff. de Iuris. om. iudic.

10 Tertia † Inspectio cũ reus in alieno in ius vocatus ædictis conuenitur, quam tutiorem omnium praxim existimauit Gail. d. obser. 56. nume. 7. sed hæc subsidiaria est & nisi ad extremum datur cap. causamque de do. & contu. l. dies. §. prætor ait. ff. dam infec. declarauit pulchre idẽ Gail. obser. 57. num. 1. lib. 1. quę cum extra institutum sint nostræ tractationis omiserim.

11 Quarta † in spectio quid in reali citatione, quando persona distringenda, cum enim verbalis in alieno, vt antea dixi territorio fieri nequeat; de reali quis poterit ambigere? l. qui si fugitiuus. §. idem Celsus. vbi glo. ff. de ædili.
12 ædict. cap. ex parte. de verbor. sig. † sane in alieno quenquam capiens iniuriam, loci magistratui infert. cap. ex parte. 1. de verb. sig. & iniuria imprimis resarcienda, & persona restituenda, l. si quis. §. penul. C. de præser. 30. l. si quis ad se fundnm. C. ad l. Iul. de vi. pub. Litteris igitur requisitorijs opus, vt in alrerius territorio quisquam capi possit. l. 1. §. hæ autem litteræ ad magistratus dentur. ff. de seruis fugit. l. fin. ver. tribuni. C. de his qui latrones. l. omnes. vbi glo. de agrico. & censi. lib. 11. C. d. §. idem Celsus. d. cap. ex parte, Bart. Ange. Alex. Ias. Marsil. & omnes in d. l. fina. de iur. om. iud. Clar. in d. §. fina. q. 31. nu. 19. & 20. Dida. in pract. qq. cap. 11. a num. 1. Rebu. d. rub. de litte. requisi. num. 4.

13 Quarta † inspectio, in ciuilibus & criminalibus iuste interpellatus alieni tertitorij iudex, nec obediens, sic multabitur, vt illius superior adeundus, qui eum parere iubeat & litteras exequi, quas destinauit, l. ait prætor. §. sententiam

de

de re iud. vbi glo. Bart. Castr. Angelus. Alex. Ias. & alij. glo. in Clem. pastoralis, verbo more. de senten. & re iud. Felin. Imo. Salic. Soci. & Boeri. quos digessit. Dida. Couarr. in d. cap. 10. num. 7. ad medium, Alex. & Seysell. in l. cum quę dam puella, vbi Cagno. num. 33. de iur. om. iud. post. glo. inibi, quam singularem dixere, Bosi. in pract. crim. rub. de foro comp. num. 48. dixit communem Farin. in qq. crim. tin. de Inquisi. q. 7. num. 23. Moron. consi. 15. num. 16.

14 Neque † reticendum, eum qui iurisdictioni præest in loco domicilij in ius vocare posse reum, licet extra territorium, hic enim semper iudex, ille perpetuo subditus. Atq; ideo in eo vocari loco potest, etsi iudex loci vbi contractus fuit celebratus non posset, quia ex accidenti iudex est ille natura, vti post Bart. Felin. Bosi. & alios obseruatione dignun iudicat, An. Gail. obser. 56. num. 8. in fine lib. 1.

15 Quinta † inspectio ad eos pertinet iudices; qui testibus, vel in ciuilibus, aut criminalibus indigent: ij enim si in alieno degant, litteris hisce ad eorum iudicem missis, vt ipsorum dicta & testimonium, recipiat, claudat & scriptis snbsignet, efficere possunt, & parendum, ne prædefactu veritatis, ius, cuiusque frustretur Bonifa. de vital. in Clem. pastoralis. de re iud. Rebuf. in ll. reg. tit. de littera. requi. num. 27. Felin. in cap. cum causam num. 34. de test. Socin. iun. consi. 61. lib. 2. alios plerosque recenset Menoc. in commen. de recup. pos. rem. 15. nume. 26. & 362. Bosi. titu. de oppo. co. tes. num. 26. Clar. post Panor. Anna. & alios in pract. §.
16 fin. quæst. 26. num. 3. Sane † vbi nullum requirens superiorem haberet, vti Hispaniarum, vel Galliæ, neque obtemperarent indictis represalijs possent. Iacob. de Belo. vis. in d. §. contrahentes, quæst. 3. sequitur Rebuf. in ll. reg. titu. de lut. requi. glo. 2. num. †5. vbi iudex superiorem haberet interpellandus foret, qui eum compelleret vti diximus infra cap. 25. vbi pœnas recensui non parentis.

SVM-

SVMMARIVM.

Solemnitas litterarum requisitoriarum qualis.
Sigillatas esse oportet litteras requisitorias.
Litteras requisitorias publicas esse oportet.
Litteræ requisitoriæ depræcatiuæ esse debent.
Litteras requisitorias causam continere oportet.
Iudex alterius territorij sine litteris, executionem decernere non potest.
Causa litterris requisitorijs exprimenda.
Executio quæ ab alieno iudice fieret sine litteris requisitorijs, nulla.
Iudex alterius territorij executionem in bonis sitis interritorio suo facere nequit, sine literis requisitorijs.
Iudices ecclesiastici, nisi litteris inuocato brachio seculari executionem faciunt.
Iudicibus sine litteris requisitorijs exequentibus impune resisti potest.

QVAE REFERRE SOLEMNIA litteræ requisitoriæ debeant, vt eis ab alienis pareatur iudicibus.

CAP. XXIIII.



1 HAEC † referre solemnia epistolas oportet depræcatorias alioquin non eis parendum, sigillo oportet requirentis iudicis sculpto signatas, l. si qua per calumniã. C. de epis. & cler. cap. tertio loco. de proba. iure regio nostro consti. 1. hoc tit.

2 titu. Rebuf. in ll. reg. tit. de lit. requiſit.nu.7. id † enim in
aliјs obſeruatur litteris quorumcunque magiſtratuum,vti
plenius Maſcar. ſcriptum reliquit concl.627. à nu.1.lib.2.

3 Litteras † rurſus publicas eſſe oportet,non priuatas ,id
tunc contingit,cũ iudex alteri epiſtolam mitteret, vti pri-
uate perſonæ,neque ad ipſarum normam, quæ à curia iu-
dicis ſcribentis ſolent dimanare,Reſpondit Oldrad.conſi.
4 124.Rebuf.ſupra. nume.7. † Tertio deprecationem ſi-
mul continere debent,qua requirens iudex alterum in-
terpellat,vt quicquam faciat,l.1.ff. de requiſ.reis.Rebuf.5.
Dida.in pract.qq.cap.10. in principio. Extremo † cauſam
5 Perhibere iudicem intus oportet,vel contractus , aut deli-
cti in illius admiſsi territorio, cap. Romana §. contrahen-
tes.de for.comp.lib.6.idem Rebuf.nu.8.& 9.& nos ipſi la-
tius infra.

9 Sane † iudex ſi ſponte nullis ſibi inſinuatis litteris,vel in
ius vocatione,executionem , aut remiſsionem,decerneret
delinquentis,id non poſſet,& perperam ageret,l.vn. C. de
offi.co. rer.priua. l. properandum. §. ſin autem reus. C.de
iud.l.1.ff.de ſer.fugi.l.1.de requi.re. §.ſi quis vero,compre
henſorum in auct. vt nulli iudicum.colla.9.Neq.enim of-
ficium non petenti impartiri debuit,l.4.§.hoc autem iudi-
cium dedam.inſe.

Sed † & cum cauſa exprimenda ſit niſi litteris , & inter-
7 pellatione recte fieri poteſt,atque ita iudicatum Florentię
Cyn.& Bald.dixere in d.l.cum quædam puella. de iuriſdi.
om.iud.Rebuf.5.nu.33.Iaſ.in d.§.1.l. ait prætor.nu.3.de re
iud.Bart.& Iaſ.in princ.in l.air prętor.§.ſententiam.eo titu.
8 Quinimo † nulla executio foret glo.in l.2.verbo ex cauſa
ff.ſi quis in ius voca.Cyn.&Bald.in d.l.cum quædã puella.
de iu.om.iud.vbi Iaſ. nu.18.Deci.Seyſell.& Cagno.nu.33.
9 verſi.4.colligitur.ex tex.in d.§.contrahentes, gloſ.& tex.in
l.cum vnus.§.is qui de bo.auctori.iudi.poſsid. l. properan-
dum. §. ſin autem reus. vbi Iaſ. C. de iud. Proinde † nec

iudicem alienum etsi condemnatus alibi reum in bonis, quæ in suo sunt territorio executionem decernet, nisi litteris requisitoriis interpellatus. Panor. in cap. postulasti. ex. eo. tex. num. 3. de foro compet. Et dixit receptam Graciā. reg. 422. nu. 2. † nam & ecclesiastici iudices, quorum vis maior & auctoritas est, nisi hisce litteris: inuocato scilicet brachio seculari, sententias executionis suas mandare nequeunt, vti sic superioribus huius tractationis libris scrip-
11 simus. Quinimo † resisti impune posse tunc liceret, cum alterius iudex territorij exequi vellet, Bart. in l. palatinos. C. de loca fun. patrim. lib. 11. Cass. ad consue. Burgun. rub. 1. glos. 7. nu. 26. Gracian. d. reg. num. 4.

SVMMARIVM.

1 *L. à diuo Pio. §. sententiam. de re iud. expenditur.*
2 *Bart. opinio.*
3 *Angel. opinio.*
4 *Cuma. opinio.*
5 *Verba extrema ad proxima referenda.*
6 *Littera pandectarum Florentia.*
7 *Obedire iudices requisiti, an perpetuo debeant.*
8 *Iudices requisiti non inferiores. sed pares.*
9 *Iud. litteris requisitorijs obedire recusans, quomodo multetur*
10 *Iudex obedire sine causa recusans litteris requisitorijs, iurisdictione sua priuatur.*
11 *Iudex qui sententiam tulit litteras mittere requisitorias recusans, qua pœna puniatur.*
12 *Reus in alterius degens territorio quādo ædictis citari possit.*
13 *Iniustam sententiam requisitus exequi non tenetur.*
14 *Auxilia mutua iudicum ad hoc inuenta, vt iustæ executioni mandentur.*
15 *Secularis iudex ecclesiastico iniuste procedenti brachium recte denegat.*

Iudex

IVDEX CVIVS AVXI-lium in alieno imploratur, an obedire perpetuo litteris teneatur.

CAP. XXV.

1

VM tex † in l. à diuo Pio. §. sententiam, dixisset Romæ dictam sententiam etiam in pro-
2 uinciis posse præsides, si hoc visum fuerit ad finem persequi, ingens illis (si hoc visum fuerit) verbis, scaturit interpretationum Farrago. Nam † Bart. illic in principio. 1. quæst. arbitratur ea verba ad iudicem qui suam dixit sententiam referenda, quasi velint iudicem, qui suam exequi, & in suo sententiam territorio posit, non alium interpellare iudicem oportere, qui id fa-
3 ciat, Bartoli interpretationem, Castr. & Immo. secuti sunt: sed Angel. † displicet, inuitus enim cogitur facere, vt mox dixero. Verum Bartoli oppinionem.

Imo.& Iaſ.ſuſtinet,quod plerumque in eiuſdem fieri territorio executio poſsit, atque ideo, cum in ſubſidium alter interpellari debeat,non tunc videri æquiſsimum. Alij aliter, idemque Angel. verba illa non ad eum, qui ius dixit iudicem:ſed ad requiſitum referenda.non enim ille obtéperat,ſi iniuſta ſententia ſit,vel nulla,l.ſi prætor.§.Marcel. ff.de iudi.probant.Imo.& Tartag.Angeli.interpretationẽ.

4 Sed & tertia † circumfertur,cum opinetur Cuma.neq; ad hunc,vel alium referenda verba iudicem : ſed ad eum, qui obtinuit, qui & probari ſenſus poteſt, etſi inconcine, quod cum antea de præſidib.prouinciarum verba feciſſet

5 tex.& ilico ſubiungat,ſi verum fuerit,illis nõ de alijs intelligendum:verba enim † extrema ad proxima referri debẽt l.1.C.de li.præ.l.fin.ff.de re.dub.

9 In pandectis † tamen Florentinis non ea verba.Si iuſsi fuerint,quaſi velit tex.non iudicis alicuius niſi iuſsi exequi ſententias aliorum debere, quæ verba Iaſ. multos habere affirmat codices,vti & Dida.Coua.in pract.qq.c.10.nu.7. ad medium.

7 Igitur opportunam † nacti occaſionem illud inueſtigabimus,an ſemper obedire requiſitus teneatur iudex,& teneri ex eo.tex.nõ abſcure videris. Etenim hic ſuperior eſt

8 requirens legis miniſterio arg.§.ſi quis vero comprehenſorum,in auct.vt nulli iudi.Caſt.& Iaſ.in d.§.1.nu.1.ſed † nõ hęc vera traditio:nõ enim ſuperior.ſed ęqualis & par.Atq; ideo deprecando nõ iubendo litteræ requiſitorię inſtruũtur,vt ſup.cap.23.& 24.Ceterum obtemperare teneri,etſi

9 non iuſſu abnegari nequit. Si nollit † adiri ſuperior poterit,qui id iubeat,vti Bart.d.§.ſententiam,poſt gloſ.ſcribit Angel. Caſtr. Alexad. & Iaſ. & alij, quos recenſui cap.23.

10 ad finem verſi. quarta inſpectio. Sed † & iuriſdictione ſua multabitur a ſuperiore : quod mandata iuriſdictione abutatur cap. vt priuilegia. de priuilegijs. Iuſtum enim, æquumque viſum eſt noſtris, vt in eo puniatur, in

quo

quo delinquit cap.postulastis, vbi Rebuf.in vltimo notabili, de cler.excom. Auct.omnes peregrini.C. communia de succesionibus,Rebuf.in ll.reg. titu. de lit.requisit. glos. 3.num.4.& 5.

11 Neque † aliud in eomet iudice, qui sententiam tulit is enim si nolit, aut recusat alterum requiere ad superiorem ad eundum qui id iubeat, sed & damna, & expensas restituetactori:quod alium requirere recusauerit,vti Bar. in eod.§. sententiam docuit.cuius receptam fo re traditionem Alex.ibi.num.14.Ias.num.19.testantur:singulare autem prodidit Ias.in d.§.sententiam num.19.† requisitum,
12 nec parere volentem iudicem, vbi quemquam in ius vocare recusat,sic in eius odium agere requirentem posse,vt reum tunc ædictis citare posit ac si in territorio foret, Barto. auctoritate ductus in extra.ad reprimendum verbo per ædicta Aretin. consi.58. quem celebrem casum silentio preterijt Andr. Gail. obserua.57.lib.1. vbi cum alios recensuisset casus,in quibus per ędictum citatio iuste decernitur,hunc prætermisit celebrem & insignem, dignumque, vt Iasson opinatur, ne ab hominum memoria excidat.

13 Reuertamur † vnde digresi fuimus,non parere semper, exequi alterius sententiam interpellatus tenetur iudex:iniustam enim non tuebitur,d.§.sentenriam l. à diuo Pio.de re iud.in verbis visum fuerit, l.prætor.§. Marcellus. ff. de re iudi. Bart.in d.§. Innócen. Castren. Alexa.& alij quos secutus fuit Ias. in eodem.§.sententiam, in principio hoc
14 † potisimum nomine auxilia iudicum mutua iura prodidere,vt iure debita,& iuste iudicata executioni manden tur,iniustorum sane auxilium denegandum d.cap.1. cap. offi.ordina. Quinimo † nec secularis ecclesiast.co auxiliũ
15 petenti iniuste concedit quemadmodum auctoritate Innocen.Panor.Purpura.Alcia.Io. And.Mona. Fed. de Sen. Calca. Afflic.Azpil.Portoles.Atzebe.Salzed.Segu.& alio-

rum terminaui ſup. cap. n. 11. inſpe. 4. verſi. tertio nō vindicare regulam.

16 Idipſum † cum nulla diceretur ſententia requirentis, quæ enim nomen non meretur ſententiæ exequenda non
17 eſt, Alcia. in cap. 1. de offi. ordin. nnm. 180. Neque † enim executor etſi inferior, nullam exequi ſententiam cogitur, glo. in cap. paſtoralis. §. quia vero. de offi. delega. idipſum relatis Panor. Azpil. Bellu. Boſsi. Rolan. Salzed. Auil. Atzebed. Portol. And. Gail & innumeris ſcripſi ſuperius d. cap. 11. inſpecti. 4. verſi. temperant ſecundo interpretes.

18 Ab his † praxim ſenatus noſter eripuit, cum regni alterius & prouinciæ, vt res exequantur iudicate, litteræ deffèruntur. Ceſuit enim ſenatns non ilico parendum: ſed parte citata, eidemque breuiori dilatione, cur exequendæ litte-
19 ræ non ſint, conceſſa ſecus aliter: † interloquitur ſenatus exequendas, nec ne, quemadmodum poſt Bart. Bellu. & Boſsi. Canceri. obſeruatum vidiſſe teſtantur lib. reſolu. 2. c. 15. nu. 13. Oliban. regius ſenator in commen, vſati. alium namque. c. 15. nu. 56. ego ipſe d. c. 11. verſ. temperant ſecundo. ad mediū. Et nunc expreſsim Cagnol. addiderim. qui in l. cum quædam puella. nu. 33. verſi. quinto colligi-
20 tur, erudite hunc agitans † articulū opinatur interpellatū iudicem etſi non omnino iudiciorū obſeruatis ſolemnijs cognoſcere poſſe: haud tamen eidem nenegari qualemqualem cognitioné (velo inquit leuato ex bono & æquo) vt iure & informata conſcientia adactus, litteras & ſententiam alibi dictam exequatur, aut non d. l. ſi prætor. §. Marcellus d. §. 1. l. à diuo Pio. idque obſeruatum † a ſenatu Pedemon. olim idem Cagnol. affirmat ibidem aduerſus tres Romæ dictas ſententias, quarū ab illo fuit abnegata executio ſenatu.

21 Tertio nec tunc auxilium † litteris dabitur requiſitorijs, cum is, aduerſum quē executio poſtulatur apellauerit: ſuſpenſa enim appellatione executio eſt, & iudicis ſimul, à quo

quo fuit prouocatũ:neque appellatione pendente innoua re:licet c.nõ solũ de apella. in 6.l.1. ff.ad Turpil.& priuata interim iudex nõ publica persona est,cui & impune si exequi vellet resisti potest,l.fin de iur.om.iud.l.fin C. si a non cõpe.iudi.l.prohibitũ de iu.fis.lib.10.C.cẽsuere in hac specie Alberi.& Cast.in l.Episcopale.C.de epis.& cleri. Oldr. consi.89.Deci.in c.significaũi.n.4.de offi.dele.Affl.in cõst. Sicil.in præfa.n.44.Rol.cõs.37.n.9.Auf.de potest.secu.reg. 4.n.32.Azpil.in c.cum contingat.rem.1.n.7.de res Meno. in cõmen.de retin.posssi.rem.3.n.360.Gail.obserua.115. n.4.lib.1.Auil.in c.præto.c.20.verbo vsurpan.n.25. Salze. ad prac.Diaz de Lu.c.160.nu.18.Portl.in scho.ad Molin. §.iudex.nu.98.Bellu.in specu.prin.§.tract.nu.3.& 4.conferuntur quę fusius.5.c.versi.4. Nec regula vindicat.

23 Notatu † tamen dignum putauerim non huic fore locum traditioni cum à regia senatus sentẽtia supplicatio interiicitur, quæ cum iure cõmuni tum regio huius prouinciæ cautione pręstita executioni mandatur,& in aliis idipsum regiis Hispanorum regnorum consiliis, vbi igitur ab his ad alios requisitoriæ mitterentur parendum foret, etsi supplicatũ fuisset:quanqaã nullus me ante animaduertat.

24 Denique † nec requisitoriis obtemperandum quoties tulit iudex sententiam, incompetens foret,& minus legitimus.Quod pulchre Fed.de Sen.respõdit consi.351.col.2. cons.351.col.2.Calcan.cons.119.Roland.d.cons.37.nu.3. & 4.Meno.d.rem.3.nu.360.Portol.ad Molin.sup.nn.94.

SVMMARIMM.

5 *Iudices alterius territorij, quando sine litteris requisitorijs sententiom alibi dictum exequi possint.*

6 *Sententia in vno loco dicta,in loco domicilij,vel originis exequ.potest litteris requisitorijs medirntibus.*

7 *Senteutiæ executio quando petatur à iudicis successore.*

8 *Sententiæ executio ab vno ex dnobus iudicibus late,nõ mittitur executioni ab altero.*

5 *Barto.distinctio.*
6 *Bart.declaratio.*
7 *Actio in factum ex sententia orta vbique intentari potest.*
8 *Differentia qualis inter iudicati actione & officium iudicis.*
9 *Bart.traditio communis.*
10 *Sententia in vno dicta loco alibi litteris requisitorijs exequi potest dum lata fuerit iuxta iuris communis dispositionem.*
11 *Leges loci vbi executio fieri debet attendende.*
12 *Dida.lapsus.*
13 *Officium iudicis quando sufficiat, cum executio postulatur in alieno territorio.*
14 *Baldi traditio ab Alexan.improbata.*
15 *Sententia ab eo lata, qui territorio caret executioni mittitur ab alieno iudice sine litteris requisitorijs.*
16 *Opinio communis improbata.*
17 *Auctoris improbatio sententiæ receptioris.*
18 *Episcopi, qui territorio carent, sententias exequuntur litteris requisitorijs.*
19 *Iudicati actione coram alieno indice agendnm.*
20 *Iudex, qui territorio caret, quomodo exequi sentētiā poterit.*
21 *Arbitri sentētia alibi exequenda & sine litteris requisitorijs.*
22 *Bart.ab Ange.damnatus.*
23 *Arbitri sententia officio iudicis exequi potest.*
24 *Verba legis, quæ ad iudicem diriguntur efficiunt vt inde oriatur iudicis officium.*
25 *Executio instrumentorum guarentigiatorum, vbiq; fit.*
26 *Executio instrumenti guarentigiati, quomodo fiat.*
27 *Potestas conficiendi instrumenta guarentigij non omnibus data notarijs.*
28 *Executio guarentigij sine litteris fit requisitorijs.*
29 *Bart.traditionis declaratio ab auctore.*
30 *Iudices duo vbi in loco sunt pares, vnus alterius in criminalibus sententiam exequitur.*
31 *Reipublicæ interest, vt illius hostes coherceantur.*

Bart.

32 *Bart. traditionis confutatio:*
33 *Executio sententiæ, quæ iussu principis instatur, absq; litteris fit requisitoriis.*

IVDEX CVIVS AVXILIUM A PARTE POSTULATUR, AN ILLUD IMPARTIRI SINE LITTERIS REQUISITORIIS POSSIT.

CAP. XXVI.

CVM dixerim cap. 23. nemini alibi dictam sententiam in suo sine requisitoriis litteris exequi territorio posse, nunc ex ordine quæro, quando quibusue casibus liceat iudicibus alibi dictam sententiam propria exequi instante parte, & absque epistolis deprecatoriis authoritate, vtilis certe & frequens disputatio.

1 Facti † igitur speciem effingam, quam Bar. Bal. ceterique in d. §. sententiam l. a diuo Pio. de re iud. accidisse memorant. Dicta fuerat sententia Bononiæ & condemnatus reus, hic sedem & domicilium comparauerat Florentiæ, quæsitum, an illic sententiam Bononię dictam executioni possim mandare. Bart. (cuius prope diuina eruditio est) distinguit: ab illius celebri distinctione casus sequentes frequentes & quotidianos animaduertendos esse putauerim.

2 Primus rei Iudicatæ in vno loco, in altero originis vel domicilij iuste executio postulatur dum litteris ipsa requisitoriis prioris iudicis petatur d §. sententiam, vbi glo. Bart. Angel. Alex. Ias. & alij, quos recensui supra cap. 23. ex l. properandum. §. sin autem reus vers. ad relationem

C. de iudici cap. Romana. §. contrahentes de foro competentiin 6.

3 Secundus à † Bart. distinctione casus, vbi executio ab alio petitur iudice eiusdem tribulnalis, qui priori successit, & qui ante sententiam dixerat, cuius executio postulatur, demortuo, aut impedito: non tunc litteris opus requisitoriis notissimum est: hic enim cum priore idem iudex est, & vnum tribunal, l. proponebatur. de iudici.

4 Tertius † casus cum eiusdem tribunalis duo sunt iudices, & ab vno dictæ sententiæ apud alterum executio petitur: littteris enim requisitoriis non impetratur, l. 1. ff. de offic. consulis.

5 Quartus † cum ab alio alterius tribunalis executio petitur, subdistinguit idem Bart. aut is iudex est, qui iure communi, vel municipali iudicatas res ex equi potest, & nõ tũc litteris opus requisitoriis, cum sua ipsius possit auctoritate perficere, l. à diuo Pio. in princ. de re iud. aut alius est, qui nequeat, tunc litteræ per necessariæ sunt iudicantis d. § cõtrahentes d. l. properandum. §. fin. autem reus & d. §. sententiam, in verbis si visum fuerit l. ait prætor. de re iud.

6 Porro idẽ † Bart. extremũ hunc casum sic declarat aut executio petitur officio iudicis nobili apud alterũ iudicẽ, & tunc litteris opus est, aut actione in factum, vel iudicati, & fieri executio sine litteris potest. quia † actio in factũ, vel
7 iudicati, ab eadẽ defluunt sententia, vbiq; exerceri, & instituì possunt l. fin. C. de præscrip. longi tem. solumq; agens latam fuisse probare sentemtiã tenetur, l. si prætor. in prin. de iudi. l. non erit. §. dato. ff. de iureiur. Tollit & † refracta-
8 rium Bart. ne quisquã offendat: nemo dixerit nullã inter iudices officium & actionẽ iudicati, differentiam: quia sit iudicis officiũ nobile, mercenatium enim lata expirat senttentia, l. terminato. C. de fruc. & lit. ex. C. l. iudex postea. ff. de re iudic. idẽ igitur in actione, quod in officio iudicis: hoc enim actionis loco subrogatur. Nam etsi officium iudicis nobi

nobile sit vti accessorium: tamen prioris est condemnatio nis: ideo ab alio potest iudice exequi, l nulli. C. de re iudi. sed & affirmari potest ex æquitare iudicis dari officium, vt litium sit finis d. l. terminato. l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. quę sane æquitas, vbi alius est iudex non vindicat, cui iura non liquæant partium.

9 Ab hac † Bart. traditione, in quā crebrius interprætes in cidunt regula excipitur celebris rei iudicatæ in vno loco alibi nullis tequisitoriis litteris perductis executionē actio ne posse iudicati impetrari, quod actio hæc vtiq; institui posit, Bart. traditio fuit antea Specula. & Cyn. vt idem ipse scripsit in d. §. sententia, secuti sunt post glo. in d. l. cū quedā puella. de iurisd. om. iudi. Cyn. & Bald. ibi. glo. & Panor. & alij in cap. postulasti de fo. comp. idē Bal. post. Iaco. Butri. in l. 2. C. de exec. rei. iud. dixit post Imol. cōmunem Alex. in d. § sententia. nu. 6. Ias. nu. 4. & post Deci. Aquen. & eundem Ias. Cagnol. in d. l. cum quædam puella nu. 33. ad medium. de iur. omni. iud.

10 Exipiunt plerique † casum à regula, cum lata fuit sententia ex iuris cōmunis legib. statutis, secus, vel municipalibus decretis, que nō alienos obligant iudices etsi litteris requisitoris interpellarētur: iu his enim, † quę executionē spe-
11 ctant nō leges loci, vbi res fuit iudicata: sed exequentis seruandæ l. misi opinatores de exacto. tribu. lib 10. C. Bal. in l. 1. in princ. C. de confes. & in l. 1. 4. quæst. C. ne fili pro. pat. Alex. in d. §. sententiam. num. 6. ad medium versi. 2. limita, vbi Ias. nu. 6. in princ. Lanul. Conrad. Cornc. Soci. Maran. Ias. Roc. de Cur. quos refert & probat Caual. decisi. 10. num. 31. 1. par. Tyber. Decian. resp. 11. nu. 18. lib. 1. Marsil. singula. 138. Rebuf. in ll. reg. 2. tom. titu. de litteris requir. num. 26. etsi ibi non obseruari in Gallia dixerit. Rod. sua in l. post rem. iudicatā. §. circa iudicē nu. 22. de re iud. Roland. consi. 43. Bona cur. in pract. ciuil. rub. de imped. execu. num. 8. vbi addi. ad eam: & male contrarium

trarium respondisse aliquando Cuman.cons.140. ostẽdit multis Ias.in.d. § sentẽtiam. nu. 6. post principium. & 12 his præteritis nouissime Peregrin.cons.63.nu.21.Vnde † incaute Dida. Couar.sine auctore lege,nec ratione cõtrarium scripsit in prac.qq.c.10.nu.7.

13 Secundus casus hic & extra † regulam est, cum officiũ iudicis postulatur coram alterius territorij iudice, & reus non subditus foret præterquam in rebus, quæ eo loci haberet, atsi & in persona quia origine aut domicilio solius officium iudicis sufficeret,vel iudicati actio,nec litteris opus foret requisitorijs,l.argentarium. §.1.ff.de iudi.Bal. in 14 addi.ad speculato.ti.de sent.col.7.Improbat † autẽ Alex. hàc Bal.traditionem: vel quia illius non probetur opinio §.1.aut quia ex sententia Iaco.de Areti.intelligatur quãdo executio postulatur iudicati actione:nõ officio iudicis nobili. Tertio improbatur magis quod plus nimio restringat, depositionem, §. contrahentes. c.Romana. de fo.cõ. & tex.in l. properandum §. sin antem reus.C.de iudi.generaliter enim loquuntur, & generaliter intelligenda. Infringit demum Bal. opinionem idem Alex. Bartoli proxime adducta traditione sup.vers.porro idem Bart,nulla enim differentia inter iudicis officiũ & actionẽ foret: atque ideo defendi Bal.opinio non potest.

15 Tertius † casus, si ab eo lata sententia foret, qui territorium nõ habet, veluti scholasticorum rector episcopus & his similis ab alio, qui iurisdictioni præest auxtlium & sine litteris posset deprecari requisitorijs Bal. in l. episcopale.C.de epis.& cler. & id ipsum quoties iudex vnus satellitius & executoribus careret,aut non tot & tantos, qui executionem perficere possent: ordo enim charitatis humanæ postulat,vt quæ nequeat iudex vnus alterius posit perfici auctoritate,l. episcopale.C.de epis.& cler. Bart. in d.§.sententiam.nu.4.vers.quæro pone quod rector scholarium secuti sunt Alex.ibid.nu.6.&Ias.nume.14.Cagno.C. in d.

in d. l. cum quędã puella num. 33 verſ. limita primo de
16 iuris.om.poſt Bal.& Caſ.quos refert. Verũ † hæc diſplicet omnino mihi opinio,quæ & antea Alberico in d. l. epiſcopale. Alex. in d. § ſententiam non enim tex. in d. l. epiſcopale Bart. iuuerit ſententiam, cum vel ex Iacobo Brutri. intelligendus ſit,vbi alicuius prorogata iuriſdictio, qui re ab eo iudicata functus officio eſt,qui cum & iuriſdictione careat,nec vlterius requirendi poteſtatem habet. Sed & aliter intelligendus eſt tex. ille vti poſt Bart. Alex. pulchre animaduertit d. §. ſententiam nu. 6. vbi aliter, atque aliter reſpondit.
17 Verum † ipſe animaduerto ex aliis illam ſubuerti ſententiam manifeſtius: quoniam tex. in d. l. properandum §. ſin autem reus. C. de iudi. generaliter & in modum regulę docet non niſi litteris hiſce deprecatoris alienos cogi iudices poſſe,vt exequantur,nec ſi velint ſponte,dixi cap 21.22.23. Quinimo multa aduerſus eos conſtituta eſt,qui ſecus faxint,vnde iura illa generaliter loquentia ad eos tãtum reſtringere iudices,qui territorio carent, & familia, vt exequantur: diuinat in primis & cõſtitutiones illas plus nimio coarctat.
18 Et vt finiam † & claudam, receptiori obtentum opinione eſt etſi nos contrarium ſupra cap. 18. epiſcopos & alios eccleſiarum præfectos territorio carere. cum tamen crebrius & illud creditum ſit non ſeculares ſponte niſi implorato auxilio & litteris illud deprecãtibus eccleſiaſticorum,opem ferre,& eorundem iuſſa vel res iudicatas exequi, teneri, nec ſi ſponte velint poſſent: quinimo dire aduerſus eos ſuperiores agerent,qui nõ interpellati brachiũ impartirentur,vti fuſe ſupra lib. 1. ſcriptum reliquimus. Sic illud infertur vt licet territorio careat ſcholarium rector poſsit ſicuti epiſcopi litteris vti deprecatoriis, opem aut auxilium implorare, & ſuffragium: ſin † minus, ac-
19 tione iudicati agendum erit coram alieno iudice. Nam nõ
tunc

tunc litteris opus requiſitoriis, vti ſupra ex Bart. traditio-
ne ſcripſimus.

Poterit † autem ſcholaſticorum rector, aliuſue qui
20 territorio caret exequi quo melius poſsit: nam iuriſdictio
nem abnegare, non parenti poterit l. ſed etſi per prætorē.
§. ſed etſi dum decreto. ff. ex quib. cau. maio. Rurſus iuris
ſtudioſum aliis ſcholarium priuare beneficiis, c. ex litteris
de conſtitutio. quemadmodum poſt Bart. Alex. docet
in d. §. ſententia nu. 13.

21 Quartus † caſus in arbitro eſt, is vbi ſententiā tulit quia
iuriſdictione caret & territorio, ſuā alter iudex quiuis ille
ſit & abſq. requiſitione, rei, & ſubditi ſententiā exequetur:
iuris enim æquitas id poſtulat, l. cū autē. §. 1. C. de arbi. Ne
que enim vt Bart. perhibet in d. §. ſententiā. nu. 7. iniuriam
infert iudex exequēdo ſubditi ſententiā aduerſus eū alibi,
dictam quòd arbiter non poſsit. Mandabitur autem exe
cutioni ex eodem Bart. officio iudicis poſtulato.

Angel. vero † Bart. impugnat, qui officio iudicis exiſti-
22 met arbiter ſentētiæ executionē alibi ſine litteris depreca-
toriis fieri. Nam & ex arbitri ſentētia actio oritur triplex
in factum, aut vtilis in rem, cum prima realis actio ſit, aut
ex lege condictio, vti idem ipſe Bart. docuit in l. ne in ar-
bitris, & in l. cum antea C. de arbitris, Imol. Angelū repre
hendit, Alexan. ſequitur nu. 16. poſt Iaſ. nu. 21. nam & of-
23 ficium iudicis conceditur ſententiæ arbitri, d. l. cum antea
24 quæ cum verba in iudicem deflectat oriri inde iudicis
officium, nullus dubitauit, glo. in l. ſi ſoror. vbi ceteri, C.
de collatio. Felin. in c. exceptiones. de exceptioni. Odd. de
in. inte. res. p. 1. q. 15. art. 6. num. 30. ſequitur Alex. & Iaſ.
Gracian. regu. 422. num. 10.

25 Quintus caſus in executione inſtrumentorū quæ noſtri
guarentigiæ vocant: hic enim ſemel a tabellione præcep-
to in dicto: cū nihil amplius poſsit alibi executio iuſta di-
cernitur, & ſine litteris. Eſt autem inſtrumentum qua-

rentigiæ

rentigię pręceptum notarij, de ipso rogato rogāti, vt quæ ipse rogauit adimpleat ilico, Cyn. in l. 1. C. de confes. Bart. in l. non fatetur illo tit. & in l. 1. ff. de iudi Bart. Socin con sil. 79. nu. 49. lib. 4 Seraphi. de priuile. iuramen. priuil. 77 nu. 5. qui alios, Menoc. de arbit. iudi qq. casu 17. nu 5 Tiraq. de iur. consti. lim. 30. nu. 48. Boeri. decisio. 95. nu. 6. Caualca. decisio 28. nu. 45. lib. 2 Fieri † solet pręcep-
26 tum volenti, & acceptum ferenti statutorum vel legum municipalium auctoritate, quæ hanc illis instrumentis & notario, vim & auctoritatem dedere, Barz. tracta. de gua ren. quæst. 1. a nu. 1. Assin. tract. de executioni cap. 3. n. 15. Cuman. in riti. mag. curiæ vica. c. 6. nu. 28. sed non †
27 omnibus hec concessa exarandi guarentigiata instrumen ta potestas notariis: dum enim creantur: nisi addita verba sint, quibus & notarius simul & iudex constituatur ordina rius: non hic documenta conficere potest, Bart. in l. fin nu. 7. & 8. C vbi & apud quem. Cagno. in l. 1. nu. 44. ff. de iudi. Carol. de Gras tract. desta. exclud. exceptio in præ- lud. n. 12-13-14. iuste † igitur huius instrumēti executio si
28 ne literis requisitoriis, alibi peti poterit. Bart. in d. §. sentētiā in extremis verbis: quoniā inquit eadem in hoc instru- méto, quę in arbitri sententia ratio est, eadem vendicat æquitas.

Verum Angel. ibidē Bart. confutat opinionem: quoniā & ex statutis oritur condictio, quæ personalis est, & vbiq. excenseri potest, l. fin. vers. penul. C. de præs. Lon. tempo. Angel. Cuman. sequitur: atque ideo subinferunt non litteris necesse fore requisitoriis, Bart. Imol. probat. Alex.
29 simul post Ias. nu. fin. Gracia. reg. 422. nu. 11. sed † non quemquā fallat Bart. traditio generalis: intelligēdus enim cū in eo loco vbi executio instrumēti guarētigiati petitur idē ipsū statutū & lex lata municipalis: alioquin executio peti nō potest ex omniū traditione, quæ in executiuis nō legē loci cōtractus spectādā voluit, vel vbi executio postu

latur

tur, l. misi opinatores de exacto. tributo. lib. 10. C. scripsi auctoritate Bal. Alex. Ias. Lancelo. Soci. Caraui. Caual. Tibe Decia. & aliorum supra vers. excipiunt plerique a regula, & his nunc addo Freccia. Barzi. Corteri. Secaci, quos refert, & communem eorundē dixit Carol. de Gras. tract. de statu. reicien. excep. in præluд. nu. 57. & 58. & prę ter eos Peregrin. cons. 63. nu. 21. Quod si aliter Bart. intelligeretur vera nō diceret, vti Ias. in extremis verbis scripsit in d. §. sententiam.

30 Sextus † casus, in duobus magistratibus parem habē tibus iurisdictionem in eodem loco, sane etsi in ciuilibus vnus alterius nequeat exequi sententiam sine litteris, l. 1. ff. de offic. consul. Bart. in d. §. sententiam. nu. 3. in criminibus tamen & delictis secus ille putat coercendis, dupliciratione mouetur: prima quia idipsum liceat in relegatis vnius loci, vel vrbis, vt multari & distringi in alia fœdere
31 coniuncta possint, l. nō dubito, ff. de capti. Secunda † quoniam vtilitatis publicæ fauor postulat, vt in hostes publicos, & delictorum reos animaduerti quomodocunque possit, cum vna: etsi duo sint iudices iurisdictio videatur, Bart. secutus fuit Cuma. ibidem, & alij, quos prolixius re censui supra c. 21. Ceterum † improbant alii Bartoli sen-
32 tentiam: nec id alteri iudici in criminalibus sine litteris ex interpellatione licere, & falli Bart. putant existimantem nec relegatum ab vno loco in alio etsi foedere coniuncto multari posse. Neque etiam in d. l. non puto id probari, quæ cum fusius scripserim in d. c 21. non repetam.

33 Septimus † casus, & notatu dignus, cum principis summi iussu illius precibus, qui in lite obtinuerat, alter exequitur iudex, non tunc litteris opus requisitoriis, cum regis iussui obtemperandum sit, cap. 2. de maio. & obediē sane si paris iudicis deprecationi iudicate rei litteris proditis alter obtemperat, cur minoris principis auctoritas estimationis erit? Cagnol. in l. cum quędā puella nu. 33.

ad me-

ad medium. ff. de iurisd. omni. iud. vbi & sic obseruatum aliquando se testatur vidisse.

Alios præterea casus, vel ex supra & inferius quoque tradendis lector excipere poterit.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare foro suo quilibet potest.*
2 *Consensus minime necessarius superioris, ut quis foro possit renunciare suo.*
4 *Subditus dicitur quis proprie ex domicilio, & habitatione.*
5 *Differentia inter subditos, & eos, qui forum sortiuntur.*
6 *Soluere promittens non ibi conueniri potest nisi reperiatur sed in loco domicilij.*
7 *Contrahens in loco cõtractus nisi reperiatur non conuenitur.*
8 *Quasi contrahens in loco quasi contractus non conuenitur.*
9 *Contrahens in loco originis non conuenitur.*
10 *Contrahens in loco destinatæ solutionis non conuenitur.*
11 *Renuncians fori priuilegio, ibi remittendus, vbi conuenitur.*
12 *Cautela, ut vbique quis conueniri possit & remitti.*
13 *Renuncians proprio foro si alicubi soluere promisit, ibi remittendus.*
14 *Contrahere ibi quis videtur, vbi soluere promittit.*
15 *Clericus, qui in certo loco soluere promittit, ibi conuenitur.*
16 *& ad illius loci ordinarium remittendus.*

LOCI CONTRACTVS iudex an litteris requisitorijs in ius vocare in territorio domicilij contrahentem possit, ardua controuertia.

CAP. XXVII

PRoxima nunc † quæstio agitanda, an iudex lo
1 ci contractus implorare litteris posit auxiliũ, requisitoriis, alterum domicilij vt incolam in suo vocatum territorio comparere iubeat, dif ficilis certe casus: Panor. † existimauit in cap. fin. nu. 36.
2 de fo. compe. posse: cum enim contrahens, conuentione sua in iudicium consenserit illius, qui inibi iurisdictioni præst. nihil mirum, si in ius vocare contrahentem posit in alieno territorio litteris depræcatoriis, sua enim in illum iurisdictio est & potestas. : vt existimauerit, †
3 Anto. de But. in d. c. fin. nu. 15 ne dum id posse iudicem contractus: sed & contumace ipso, & comparere recusante ius vocato, de causa cognoscere, diffinire, pronunciare, veluti si præsens ille foret, sequitur: etsi dubius Felin. in d. c. fin. nu. 21. Maran. Socin. in c. delicti. nu. 25 de fo. compe. Ripa eundem sequitur, vbi non refragatur
4 sed consentit domicilij iudex, in c. 1. nu. 66. de iudi. Dida † Couar. sibi ipsi contrarius in pract qq. cap. 10. num. 7. quem vix viderim posse excusari, cum scriptum relinquerit contrarium totum illius opinionis, quam mox vti receptiorem, amplexatur.

5 Contrariam † sententiam tenuere alij plerique, Deci. in c. 1. de iudi. nu 23. & dixit aduersus Panor. & Anto. crebrius receptam Ripa in d. c. 1 nu. 66. Dida. Couar. in pract. qq. cap. 10. num. 3. vers. primum hinc perpendi poterit, & inferius nu. 6 vers vndecimus. Gabriel cons. 167. num. 64. 65. 66 lib 2. opitantur ii non iudicem loci contractus extra territorium in ius vocare literis posse contrahentem: ob idque nec vocatum comparare, vel iudicem requisitum parere litteris impunere posse: etsi enim in loco contractus conueniri contrahens posit, id dum ibi repertus est intelligendum, non si a domicilio

ab ſit d. cap. Romana. §. contrahentes. Lap. allega. 10. num. 3. Socin. in d. c. dilecti num. 16. Roman. conſ. 476. Felin. in c. 1. ad fin. de iure iur. Cur. iun. in l. hæres abſenſ. de iudi. Bero. conſ. 165. num. 4. lib. 3. Rolan. conſ. 26. nu. 31. & ſequen. lib. 2. Rigien. q. 14. nu. 4. lib. 1. Socin. iun. conſi. 82. num. 24. lib. 2. & hos omnes refert & ſequitur Surd. conſ. 106. nu. 16. lib. 10. & præter eos Dida. Gabri. & ſupra adducti Gail. & Caualca. mox memorandi. Iu-
6 dex † enim domicilij et ſi ſemper iudex, & abſentem vocare queat, non ſic iudici conceſſum contractus, vti Gab. & Dida. poſt alios opinatur & obſeruat Gail. lib. 2. obſerua. 36. num. 14. poſt Panor. & alios dicidit Caual. deciſio. 1. num. 3. 1. p. in hunc ſenſum tex. in cap. Romana. §. contrahentes de fo. comp. intelligentes. Diſtinguendum enim putauit Romanus Pon. in eo tex. an contrahens, vbi contraxit bona habeat, & tunc conueniri litteris poſsit.
7 Contumace preterea illo bonorum dari poſſeſsio actori poterit, bona ſane, quę in loco contractus vocatus poſsidet, hoc efficiunt, hic receptioris intellectus opinionis d. §. contrahentes in 1. parte. obſeruat Gail. obſeruati. 56. nu 1 2 3 lib. 1. Sequitur nulli dubium in hac ſpecie iudicem loci domicilij parere litteris debere iudicis contractus, quod iuſte vocet, & reſcribat. Poterit itidem & ſecundum adiicere decretum, vti idem Dida. opinatur, aduerſus Paul. de Caſtro & Iac. de Bell.

8 Verum hic † ſenſus etſi receptus placuit nunquam: quis enim eſt, qui non credat ratione contractus & bonorum, poſſe iudicē illius loci cognoſcere, vocare in ius & ſententia diffinire: nō certe dubitari poteſt, vt igitur dubiū magis caſum explicet Ro Pont probabilius eſt cum Panor. & Anto de Butr. affirmare ſolius contractus ratione iudicem alterum domicilij iuſte poſſe litteris interpellare, vt contrahentē vocet, iubeatq. venire: vt certe mihi ſuſpecta admodū cōmunis ſententia videatur, ſenſuſq.

simul illius primæ partis. §. contrahentes.

9 Verum enimvero † vbi contrahens nulla haberet bona in loco contractus: sed in domicilio, crebrius creditū tunc, non in ius vocare contrahentem, aut litteris interpellare iudicem posse, proinde nec parere illis illum, aut remittere teneri, illum vero nec de causa cognoscere in possessionem mittere, vel quidpiā aliud agere, aut terminare posse d. §. contrahentes in 2. par. l. heres absens. §. 1. de iudi. Fa-
10 tentur † tamen fore omnes vno casu iudicem loci contractus in possisionem mittere actorem posse primo decreto, si reus & in domicilio latitaret, & illius etiam iudicis cognitionem subterfugeret in illius odium & contumaciam contractus iudex recte ageret, & possessionem bonorum ex primo decreto decerneret: executionem autem iudici litteris remitteret domicilij d. §. contrahentes, cuius & hanc fore communem interpretationem Dida. testatur in d. cap. 11. num. 4.

11 Notatu † tamen dignum esse existimauerim reum in ius vocatum in loco contractus, quod ibi repertus sit, citari alijs posse extra territorium apud domicilij iudicem citationibus, & parere litteris iudicem cogi domicilij, vti celeberrime Innocen. docuit in cap. præterea. de Dilatio. & in cap. 1. de rapto. Cardi. Panorm. & Felin. recensuit eos Rebuf. in ll. reg. titu. de litte. requisit. glos. 3. num. 29.

Hinc illud † asseuerant Cast. Angel. Iacobin & Lan-
12 cello Deci. in d. l. heres absens. §. 1. aduersus Bart. ibidem ff. de iudi. non iudicem loci contractus etsi millies contumax foret & latitaret reus, dum bonis in illius caret territorio possessionem, vel ex primo etiam decreto decernere, & iudici remittere domicilij: id enim dispositione illa pontificia dicti. §. contrahentes prohibitum est, vti etiam Dida. præscripsit in d. cap. 10. nu. 4. vers. tertio. subinfertur. post Rip. in d. cap. 1. num. 66. de iud.

Sane

13 Sane & illud memoriæ † dignum iudicauerim, vt quem admodum ex solo contractu, nisi adsint bona, remissio ab vno, ad alterum nõ datur iudicem: minus multo cum alicubi confirmatus † fuerit contractus. Confirmatio enim
14 iurisdictionem non tribuit: etsi contractus sic, l. si quis in legatione. ff. de iud. & post Ias commendat Gail. obser. 1. num. 4. lib. 2.

Porro † animaduertendum, quod etsi rei sitæ ratione
15 quispiam dici iudex legitimus posit, & propter hypothecam vt idem Caualcan. scribit d. decis. 1. num. 2. & decis. 3. num. 16. Riminal. Iun. cons. 353. num. 162. lib. 4. Decian. cons. 118. num. 4. lib. 3. Id tamen non quo ad diffinitiuam intelligendum, sed vt immissio bonorum tantum fiat, Riminal. sen. cons. 713. nu. 1. lib. 4. Caual. in repertorio in verb. forum sortitur quis ratione rei. subinde censuit cum alijs non iuste remissionem peti, neq; parere requisitum compelli.

SVMMARIVM.

1 *Renunciare foro suo quilibet potest.*
2 *Consensus minime necessarius superioris, vt quis foro possit renunciare suo.*
3 *Subditus dicitur quis proprie ex domicilio & habitatione.*
4 *Differentia inter subditos, & eos, qui forum sortiuntur.*
5 *Soluere promittens non ibi conueniri potest, nisi reperiatur: sed in loco domicilij.*
6 *Contrahens in loco contractus, nisi reperiatur non conuenitur.*
7 *Quasi contrahens in loco quasi contractus non conuenitur.*
8 *Contrahens in loco originis non conuenitur.*
9 *Contrahens in loco destinatæ solutionis non conuenitur.*
10 *Renuncians fori priuilegio ibi remittendus vbi conuenitur:*

11 *Cautela vt vbique quis conueniri possit & remitti.*
12 *Renuncians proprio foro si alicubi soluere promisit ibi remittendus.*
13 *Contrahere ibi quis videtur, vbi soluere promittit.*
14 *Clericus qui in certo loco soluere promitit, ibi conueniatur, & ad illius loci ordinarium remittendus.*

REMISSIONEM IVSTE ab eo peti iudice cuius contrahens foro se submisit, & proprio renunciauit: & quid in clerico, casus vtilis.

CAP. XXVIII.

1 NEminẽ † hucusq. dubitasse viderim, posse quẽ piã suo renunciare foro, & illius priuilegio, l. si quis in conscribendo. C. de pactis. l. si quis ex aliena ff. si quis in ius voca. l. si cõuenerit de iu
2 ris. om. iud. c. significasti de fo. competen. vt † neque con sensus in id necessarius sit iudicis ordinarij, l. 1. & 2. ff de iudi. l. 1. §. & post. operis. ff. de no. ope. nuncia. † sane
3 domicilio proprie & strictim quispiam subditus dicitur, l. domicilium. ff. ad Munici. l. si in patria de inco lib. 10. C. Alex. Socin. Deci. & alij, quos Gail. memorat obseruati. 15 tract. de pignoratio. nu. 6. vbi antea nu. 5. post veteres dif ferentiam † constituit inter subditos, eosque, qui forum
4 sortiuntur: disparia enim hæc sunt.

Verum cum † in modum regulę tradiderint nostri nõ eo loci, vti soluere destinauit, conueniri, promittentem posse,

posse, nisi reperiatur illic. d. c. Romana. §. contrahentes
6 de fo. compe. Panormit in c. 1. de iudi † sicut nec in lo-
7 co contractus, eo, §. contrahentes. Sed neque in loco qua
8 si † contractus, l. hęres absens. §. 1. ff. de iudi neque in lo
co † originis, Bart. in l. assumptio. ff. ad Munici. de incol.
et si procuratorem illic contrahens haberet, Bal. cōsi.
9 367. lib. 1 Sic † nec in loco destinate solutionis a lege,
glo. in l. quod legatur ff. de iudi.

10 Ab illa † excipiunt omnes fere regula cum fori renunciatum priuilegio foret glosemma famigeratum Acursu in l. 1. ff. si quis in ius voc. verb. pro non dato: secuti fuere Belloius in d. c. Romana. §. contrahentes nu. 94. de fo. comp. Cast. in l. heres abiens. §. 1. nu. 8. de iudi. & Lancel. Deci. posteum panor. Fran. Felin. Anto. de Butr. Cardin. Deci. Ripa Bero. & Alcia. quorum meminit luculenter Di. de Lu. reg. 514. fallen. 1: Couar. in practi. qq. cap. 10. nu. 5. in vers. quincto hic colligitur receptiorem Riparius affirmauit in d. c. 1. de iudi. nu. 65. iure regio idipsum, cap. fin. hoc tit.

Cum igitur quisquam fori renunciant priuilegio illic remittendus, vbi conuenitur, non enim iniuria vel magistratui suo infertur, quod se sponte ab illius subduxerit potestate, neque ipsi sibi, qui alienum, vti conueniretur iudicium delegerit. Iason. & Curtius iunior in dicta l. 1. nume. 6. ff. si quis in ius voca. & Romanus vti singulare suis scripsit singu. 279. Marian. Socin. in cap. di-
11 lecti. nume. 39. de foro. competen. † Proinde cautelam plerique adhibent & instrumentis clausulam simul adiiciunt, vt promittens vbique locorum fori renunciatum sui priuilegio conueniri posit, quæmadmodum post Bart. animaduertit Gail. lib. 2. obserua. 36. nume. fina. Rodericus. Xuarez Bartulu Baldus. Viui. & alij, quos mamorat Caualcan. decisio. 1. num. 7. & 8.

1.parte Magon. decis.20. & in Lucana decis.78. numero. 17.

12 Neque † aliud iudicandum cum is qui contraxit certo se soluere loco promisit, & foro renunciauit, etsi enim vt paulo ante dicebam neq; in loco quisquam destinate solutionis nisi reperiatur possit cōueniri, ex glo. in l. quodlegatur. ff. de iudic. vbi tamen foro foret renunciatum posse affirmant omnes, simulque in ius ab alieno, quam domicilij vocatum iudicem remittendum omnes putauerunt,
†3 † quod illic contraxisse videatur, vbi solutio destinata sit, l. contraxisse, ff. de acti. & obliga. l. Titium. §. tutores. de admi. tuto. glos. in d. cap. Romana. §. nec etiam. de foro comp. Et post Gerar. singul.6.& alios plerosq; scripsit idē Didacus d.cap.10. num.5. vers. sexto subdeducitur. Gail. d.obser.36.num.fin.lib.2.

14 Idipsum † asseuerant aliqui in clerico obseruandum, qui si soluere promiserit in eum locum remittendus est, etsi non sui iudicis & episcopi, id fecerit consensu: quemadmodum auctoritate tex. in cap. dilecti. de fo. comp. tradidere Marian. Socin. in d. cap. dilecti. ad finem Lancel. Deci. in l. heres absens. §.1. de iud. defendit tribus argum. Ripa. in d.cap.1. de iudi. num.68. aduersus Panor. Deciū, & Felin. sequitur Dida. d. cap. 10. num.5. versi.9. & proxime.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentum inducit partis præsentiam.*
2 *Stipulari alteri nemo potest, nisi iurando.*
3 *Iurans vbi iurauit, ibi post conueniri.*
4 *Iuramentum inducit præsentiam.*
5 *Opinio communis improbata.*
6 *Iuramentum non extendit obligationem.*
7 *Iuramentum non extendit conuentionem.*

Opinio

Opinio quorundam confutata.
Opinio communis nullo iure probatur.

IVRAMENTO INTERposito an contrahens ibi posſit conueniri litteris requiſitoriis vi iuramenti egregie declaratum.

CAP. XXIX.

1 TAntam † tamque maximam multi ſacræ iuramenti religioni vim tribuere, vt exiſtimauerint præſentiam inducere abſentis iurantis. auctor autem primarius opinionis gloſemmatarius fuit canonicus, qui in cano. cordis oculus. 7. q. 1. hanc prior prodidit opinionem.

2 Subinde alij libero † ore tradiderunt ſtipulationem, quę non alteri fieri posſit ex peruulgata reg. l. ſtipulatio iſta. §. alteri de verbor. obligatio. §. ſi quis alij. Inſti. de inuti. ſtipulatio. iuramento tamen alteri ſtipulari licere, & validam aduerſus iuris ciuilis diſpoſitionem Iaſ. poſt Bart. in d. §. alteri. nu. 4. Rolan. à Valle. qui multos recenſuit conſ. 29. num. 29. & 30. lib. 1. Afflict. deciſ. 35. & 164. Anto. de Butr. Imo. Gui. pap. quos Cancer. in ſuis reſolu. lib. 1. c. 8. num. 23. vbi & ſe obtinuiſſe in hoc regio aſſerit ſenatu. Et his addiderim Rube. conſil. 117. num. 19. Peralt. in l. cum pater. §. à filia. de leg. 2. Neuiz. conſil. 31. num. 22. Meno. conſil. 371. num. 56. lib. 4. quos recenſui ipſe tract. de ritu nup. & pact. in matrimon. conuen. lib. 3. q. 76. nume. 14. & 15.

3 Hinc † & illud ex eadem glosa quidam docuerunt, eum qui iuramenti religione quidquã dare, vel facere promissit, & iurauit, illic conueniri posse quasi præsens videatur: etsi enim in loco nullus contrahens nisi in eodem inuentus cõuenirі litteris possit requisitorijs d. cap. Romana. §. cõtrahentes de fo. compe. scripsi fusius supra cap. 27. à nu. 1. efficit † tamen iuramentũ, vt possit veluti si præsens foret:
4 sic in ius litteris requisitoriis vocari in domicilio suo & parere domicilij iudicem teneri, quotquot sunt fatentur, & dicunt Angel. Paul. de Cast. & Iacobi de S. Geor. in l. heres absens. §. 1. de iudi. Ias in l. 1. ff. de eo, quod cer. loc. Felin. in cap. fin. num. 12. de fo. comp. Ripa. num. 66. in cap. 1. de iudi. Socin. in cap. dilecti num. 39. de fo. comp. Cur. Iun. August. Bero. & alij, quos Dida. in practi. qq. cap. 11. num 6. Diaz de Luc. reg. 514. fallen. 2. eiusdem sententiæ Caualc. qui non Dida. nec superiores præter vnum Felin. viderat in reperto. suarum decisio. in verbo forum quis sortitur ratione contractus.

5 Verum † hæc etsi communis opinio nunquam placuit, quæ aliquanti sper. & Dida. supra duplicuit: etsi minime improbet. Nam etsi iuramentum confirmet inualidos, & inualidis validas tribuit vires: non tamen illarum vim au-
6 get, quam suis claudit, † & metitur finibus ne contrahentium protendere obligationem possit, vti Oldrad. respondit consl. 188. *Roma*. Angel. Areti. Deci. Tiraq. Paris. Bertran. Cæphal. & alij adducti per Surd. tract. de alimen. titu. 9. quæst. 15. num. 20. 21. Porro nec iuramentum † obligationem auget plusquam consentio, cui adiicitur, & consensus præstitus, l. conuenire. de pact. dota. l. fina. C. de no. nume. pec. Osas. decis. 41. num. 6. Surd. decis. 3. nu. 9. ego ipse tractatu de ri. nup. & pract. in matri. conuẽ. lib. 3. quæst. 11. num. 44. & 45.

Neque † vera illorum opinio est, qui dixere iuramento
7 alteri posse stipulari; quẽadmodũ ex antiquioribus prior

Her.

Her. de Bone. existimauit in auctẽ. sacramenta puberum C. si ad vend. num. 77. Corne. consi. 226. Deci. consi. 306. num. 6. & cons. 432. nume. 25. Archi. in cap. quacunque 23. quæst. 5. Garci. in cap. 1. num. 23. de pact. Bur. de paz. cons. 14. num. 21. & 23. illus filius Bur. de Paz. quæst. 10. num. 46. Ludo. de Molin. de primo. Hispan. lib. 4. cap. 2. nu. 64. in fin. & nu. 65. dixit receptiorem Alciat. in cap. cum contingat nume. 112. de iure. iuran. defendit fusius Gutier. in cap. quamuis pactum à num. 55. de pact. in 6. ego ipse tract. de ri. nup. & pact. in matri. conue. lib. 3. q 76. num. 15. & 16. sane glos. in d. cap. cordis oculus, non vere intellexisse iuramentum præsentiam operari existimem: sed perfectionem quandam. vt ego ipse post Gutier. animaduerti d. q. 76.

9 Extremo † neque crebrior opinio, quæ hanc iuramento vim tribuit, vt inibi contrahens conueniri litteris possit requisitorijs, vbi iurauit duobus recte probatur iuribus. §. si vero. in auct. de exiben. reis. auct. ei, qui iurat. C. de bonis auct. iud. possi. vti rectius animaduertit Dida. d. cap. 10. num. 6. ad finem. vers. Decimo, si quis.

SVMMARIVM.

1 *Renuncians, qui duos habet foros, an communi, vel priuilegiato renunciasse censeatur.*

2 *Renuncians, priuilegio renunciare censetur suo.*

3 *Renunciatio stricti iuris.*

4 *Priuilleginm facile tollitur.*

5 *Opinio communis euersa.*

Renuncians foro suo communi non illi, qui ex priuilegio renunciare existimatur.

7 *Renunciatio fori, quo fine fiat.*

8 *Mens contrahentium attendenda.*

9 *Mens contrahentium attendenda.*

10 *Ias. & Rip. traditio à Did. improbata.*

CVI FORVS VNVS EX priuilegio competit, alius ex iure cõmuni, an renuncians soli priuilegio renunciare videatur, & sic effugere remissionem subtilis controuertia.

CAP. XXX.

1 HANC nunc † quæstionem executiam subti-
lem, an is qui foros haberet duos, ex priuilegio
vnum, iure cõmuni ex domicilio alterum, dũ
renunciat foro, qui tunc vbique conueniri, re-
mittique poßit cap. 20. supra num soli fori priuilegio re-
nunciasse minime domicilij videatur, vt sic remißionem
effugiat iudicis requirentis † censuere plerique renuncias-
2 se soli fori priuilegio visum, justeque requisitionem subter
fugere, quasi fori cõmunis loco conueniendus sit, cui non
renunciauit, argumentantur illi peruulgata traditione l. si
3 domus. ff. de ser. vrban. predi. sed & cum † duo cuiquam
competunt remedia, renuncians, nõ nisi ex priuilegio dati
renunciare censetur. d. l. si domus. Et cum † renuntiatio
4 stricti sit iuris strictim etiam, & presse interpretanda est,
ne quid amplius contineat: quam priuileg ũ ipsum, Castr.
consi. 236. dubitatio oritur. Sane cum infirmum sit & de-
5 bile priuilegium, facilius tollitur † & eidem ipsi lubentius
renunciatum videtur l. eius militis. §. militia missus cum
vulga. de milit. testa. placuit hęc ipsa Ias. opinio in l. 1. nu. 9.
ff. si quis in ius voca. Deci. in cap. 1. num. 23. de iudi. Rip.
ibidem num. 65. Verum † opinio etsi prudens & arguta
videa-

videatur sustineat non potest quam pulchre, & ingeniose primus euertit Codechanus in Commenta. cap. 1. de iudi. post qui illum probat & sequitur Dida. in prac. qq. cap. 10.
7 num. 5. vers. septimo † vt semel. Nam qui foro renunciat suo: non illi qui ex priuilegio, sed huic, qui à iure descendit renunciasse videntur, vt sit quisquam in loco conueniendus domicilij l. 1. ff. si quis in ius voca. non ierit. alioqui non ex mente contrahentium iusta præscriptionis fori renunciatio fieret.

8 Ad hæc non † alio renunciatio fine astruitur quam vt in loco ipso cōtractus, cui se contrahentes subdidere causa actore agitetur volente: neque enim alio fine renunciatio interponitur Bal. in cap. præterea. de offic. de & in l. cum Archimedoram. C. vt in posse. legato. mens autem, finisq;
9 † contrahentium vbique expectandus, l. semper in stipulationibus, vbi glo. Deci. & Mayre. de reg. iu. l. fin. C. quę res pig. ob. posses. l. iurisgentium. §. pactorum. de pact. & contractus non a verbis. sed ab effectu & intentione iudicentur, l. si vno. ff. loca. l. si olei. C. eo. titu. l. 2. C. communia. de lega. scripsi multorum auctoritate tract. de ri. nup. & pact. in matr. conuent. lib. 3. q. 20. num. 61. 62. & sequen. sic sane renunciatio contra sententiam fori non eam quę ex priuilegio datur sed quam ius concedit commune, con-
10 tinebit. Neque † argumentatio vera Ias. & Ripæ est. quā sustulit Dida. renunciationem fori, quæ à contrahentibus fit, non de foro, qui iure competit priuilegiato & speciali interpretanda, de qua nusquam contrahentes intellexere, veluti qui parum prosit auctori, sed de ipsa quę à iure descendit, domicilij scilicet, & habitationis, quam & ea intentione cōtrahentes contractibus suis subiiciunt, & tabelliones suis inserunt instrumētis. Vnde in praxi ab hac Codeschani, & Dida. opinione vix est vt iudices discedere (vt ipse suspicor) tuto possint.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Clausule, & promisit soluere hic & vbique, vis.*
2 *Remittendus non est, qui se alicubi præsentare promisit.*
3 *Præsentia non de ficta, sed vera intelligenda.*
4 *Promittens se alicubi repræsentare, ibi remittendus.*

SOLVERE CERTO PROmittens loco, & in eodem se prepresentare, remitti ad illius iudicem loci debet.

CAP. XXXI.

1 FRrequens † instrumentorum clausula vna, & se Barchinone soluere promisit, & se præsentare. Hac ipsa tradidere nostri clausula effici, vt litteris interpellari requisitoriis promittens posit, & conueniri, vbi sui ipsius præsentiam voluit desti-
2 nare, etsi altero domicilium loco habuerit. Non † enim eum lex remitti voluit, qui se alicubi præsentare promisit, vti Paul. diffinit, in l. si fideiussor. §. penul. ff. qui satis. cogan. si autem (inquit) satisdatio voluntaria est, non in alium locum remittitur, neque enim id meretur, qui ipse sibi necessitatē satisdationis posuit, hæc. §. cuius. argumento scripsere nostrates remittendum illum, qui certo se loco soluere & representare promisit, quod sibi ipsi hanc legem dixerit & necessitatem imposuerit.

Mihi autem & vera hæc sententia videtur, quia sua conuentione certo loco sui ipsius pręsentiā exhibere promiserit.

3 rit. Præsentia † autem non dficta. sed vera corporeaque interpretanda est, quemadmodum Raudé. declarat tract.
4 de analo. cap. 34. nu. 270. ita factum, † vt frequẽtius nostri crediderint in hac specie non subterfugere iudicis loci, in quem destinata repræsentatio fuit iudicium promittẽtem posse, simulque litteris requisitorijs auocandum: quibus & domicilij iudex parere tenetur Baldo auctore in l. cũ Archimedoram. nu. 7. C. vt in poss. lega. ad stipulatur Main. in l. si conuenerit. nu. 41. de iuris. om. iud. Felin. in c. fin. nu. 22. de fo. comp. Deci. in cap. 1. nu. 23. vbi Ripa post. nu. 66. ex de iudi. Cur. iun. in l. 1. nu. 9. ff. si quis in ius vo. & hos refert & sequitur Dida. in pract. qq. cap. 10. nu. 6. vers. duodecimo vbi quis. Soci. reg. 436. 3. limita. Di. de Lu. reg. 514. limit. 3.

SVMMARIVM.

1 *Promittens soluere certo loco, ibidem remittendus.*
2 *Promissam solutionem differens, dolose agit.*
3 *Dida. opinio declarata.*
4 *Mora modici temporis in consideratione non est.*

CERTO PROMITENS loco soluere & certo tempore, in eum remittendus locum a iudice suo.

CAP. XXXII.



1 ET eum † remittendum iuste putauerunt plerique, qui se certo promisit loco soluere certoq; tẽpore, veluti si ad nũdinas, aut paschalia festa. Neq; effugere posse iudiciũ, quod illic velit cõueniri, vbi sedẽ habeat. Prodidit hãc Bal. sentẽt. pulchre in cap. 1.

cap. 1. de mili. vass. qui contu. est: quia hic dolose fecerit cū promissam à se solutionem, † differat, eludat alterum, &
2 fidem fallat. Proinde vti aduersus dolosum, contra eum agendum, & vt in illum, qui cum possideret dolo desiit, l. is qui dolo, l. si n autem. §. 1. ff. de rei vindica. Baldū Main. sequitur in l. si conuenerit. num. 42. de iu. om. iud. Deci. post Ripa. num. 66. de iudi. Alcia. nu. 61. Curti. Iun. in l. 1. nu. 20. ff. si quis in ius vo. non ierit. Dida. in pract. qq. c. 10. num. 6. in vers. decimo tertio idem erit. Diaz de Luc. reg. 514. fallen. 15.

Idipsum ipse sentio, nam loci adiectione & temporis certi constitutione soluere promittens, illius lapsu in mora est, l. magnā. C. de con. & comit. stipula. decis. Gen. 156. num. 1.

3 Verum temperanda hæc Dida. & aliorum traditio est vt non illico, vel mora commissa videatur, vt statim præcari illi is remisio posit: modicum enim spectandum est tempus: si enim breui interuallo post, post tēpus pactione venerit diffinitum, eodem ipso promisso exsoluisse videtur, & venisse: iuxta celebrem & famigeratam Acur. traditioné in l. et si post tres glo. 1. ad finem ff. si quis cautio. purpura. in l. vinum num. 10. ff. de re. cred. Bal. Roman. Alex. & Ias. quos recensuit Osas. decis. 71. num. 49. & 50. Neque enim
4 † modici mora temporis, mora iuste appellatur, vt inibi ille latius.

SVMMARIVM.

Contumax ex maxima contumacia an remittendus.
1 *Roman. & Felin. opinio reprobata.*
2 *Roman. & Felin. sententia falsa.*
3 *Felin. opinio quo in casu recipi possit.*
4 *Bart. traditio improbata.*
5

AN

AN CONTVMAX EX maxima contumacia remitti debeat: Romani, & Felini opinio. improbata.

CAP. XXXIII.



1 T tunc † remittendum a iudice domicilij reũ putauit Bal.in locum coutractus,cum is ſupra modum contumax ſit,& veluti ad extremum, cum non alio aduerſus eum remedio agi poſſit·ſic Bal.in l.conſentaneum ex eo tex.C.quomo,& quan.iced.Roma.in l.ſi vero,§.de viro.ſo.matr.ſequitur,& probat Felin in c.fi.n.12 verſ. ſexto fallit propter nimiam cõtumaciam,de fo.com.Dias de Luc.reg.514.limit.10.

2 Verum † hæc Felin. & Roma.traditio dubia eſt, vt & me prior Rip.animaduertit in d.c.1.n 69 verſ ſexto limitatur,quoniam Bal.non in hac loquitur facti ſpecie: ſed vbi ante litem conteſtatam reus in loco contractus repertus conuenitur:in hoc ſane caſu,vt non ſemel dixi, quod contractus iudex præuenerit remiſsio datur à iudice domicilij Innocen.in c.2.de dilatio.quinimo illic ait, & Rip. cenſit,poteſt capi,& traduci contumax Neque tex. in d.l. conſentaneum in hac quidquam probat ſpecie.

3 Mihi vero † manifeſtius falſa ex eo videtur Felini opinatio:vel enim præuentum iudicium fuit a contractus iudice:quia illic repertus,& dubitare nullus poſt litteris vocari poſſe,& remitti debere,quemadmodum non breui manu ſcriptum reliqui ſup.cap.27.à n.1.aut non inuentus in loco vocatur domicilij,nec patere tunc tenetur reus, aut iudex obedire litteris obſtringitur iuſticis contractus, vt eod.ipſo cap.ex communi fuſius.

Plane vno † casu recipi Felin opinio Potest, cum reus.
4 & in loco domicilij latitaret, & iudicē etiā illum subter fugeret: in illius enim odium, aut verius dolum, litteris vocari posset à contractus iudice, vt & d.c.27. post alios declaraui.

5 Ex his & altera † euertitur Bart. traditio in l. heres absens. §. 1. ff. de iudi. existimæuit turpiter reum latitantem remitti debere. Quam subuertit Angel. in d. l. hæres absens. §. 1. veluti aduersantem text. in d. cap. Romana. § contrahentes de foro competen. Ripa. in d. c. 1. num. 66. vers. septimo fallit de iudic. nos ipsi in d. c. 27.

SVMMARIVM.

1 *Lex 1. C. vbi cau. stat. expensa.*
2 *Deseruire promittens collegio vel vniuersitati, vbi aufugit. remittendus.*
3 *Debitores fiscales fugientes remittendi.*

LIBERTATEM VINDIcans, & fugiens seruus, an remittendus.

CAP. XXXIIII.



1 Xtat † celebre & insigne Alex. imperatoris ad Aurelium Aristocratium responsum in l. 1. C. vbi caustat. eamque serua erat in alienam fugiens prouinciam, & simul sibi libertatem vindicans; ibidem litigare compellendam, vnde fugitiua discessit. Ideoque in eandem remittendam prouinciam, in quæ serua fuit, verum post glosatorem Acursi. Bal. & Sali. inter-

interprætantur alij, vt de possessione in eodem disceptetur, in quo comprehensa serua fuit loco, de proprietate ad alium, a quo aufugit, locum, dimittenda sit. Iustum enim æquumque pio visum imperatori fuit in odium seruorum fugientium, & propria sibi auctoritate libertatem vindicantium, vt eum, quem deseruere forum, & iustum iudicium, illud ipsum agnoscere denuo teneantur: vt in quo peccauerint puniantur. Quod inibi fusius interpretes & post Cyn. Angel. Marian. Socin. & Bald. idipsum censit Diaz de Luc. reg. 514. lim. 4. declarat.

Enim vero cum nullius fere pretij & vtilitatis hac tempestate controuersia sit, pertigisse sufficit. Quoniam ad institutum pertinebat tractationis.

Huic † similem casum referunt interpretes cum quil-
2 piam deseruire promisit collegio, fugit & in alienum se transfert territorium, & hic remittendus est, eademque in superiori casu distinctione obseruata, vt de possessione vbi captus sit, de proprietate, in eo, a quo fugit loco l. 1. C. vbi decuria.

3 Id ipsum statuere imperatores in fiscalibus debitoribus v fugientes remittantur, aucten. hac perpetua. Illo eod. tit. vbi decurial. ibi Ange. Bal. Salic. & alii Rip. in cap. 1. de iud. num. 66. vers. vndecimo fallic, quẽ prçteriit casum Peregrin. in suo de iure fisci tractatu.

SVMMARIVM.

1 *Ratiocinijs abnoxius an remittendus.*
2 *Actor rei forum sequitur.*
3 *Rationes ibi reddendæ vbi instructæ fuerunt.*
4 *Gerentes negotia aliena eodem in loco rationes reddere obnoxi.*
5 *Menoc opinio.*
6 *Menoc. traditio improbata.*
7 *Menoc. ingenium & labor laudandi,*

1 *Menoc in comment. de arbitr. iudi multa dixit iniuncude.*
2 *Menoc. Opinio quo iure subuertatur.*
3 *L. penul. §. fin. de condi. & demonstra. intellectus nouus*
4 *Libertas fidei commissaria non differtur.*
5 *Rubianum senatus consultum quid statuat.*
6 *Iudex æstimat in legato libertatis relictæ, ab eo qui seruum meum manumittere rogatur.*
8 *Viutan. opinio.*
Rationes illius, qui gessit negocium baronis in loco publico: non autem in illius arce reddere tenetur.
9

RATIOCINIIS OBNOXIUS IN LOCUM REMITTENDUS GESTARUM RATIONŨ, & VERUS L. PENULT. §. FIN. DE CONDI. & DEMÕSTRATIO INTELLECTUS.

CAP. XXXV.

EX Bardulis † vnus neotericus Scobarius, qui nuper de ratiocinijs tractationẽ edidit, & in hãc cap. 7. incidit quæstionem: redditurus rationes in domicilio, an vbi administratæ fuere reddende: etsi enim † regulariter proditum sit actorem rei locum sequi debere l. actor. C. vbi in rem actio. quod tamen in loco gestarum rationum aptius ille & perfectius † extricari possint in eodem ipse, vbi intricatæ fuere, vt reddantur statutum §. super §. si quis autem. in aucten. de collato. l. 1. & 2. C. vbi de ratioci. agi oporte. l. heres absens §. 1. ff. de iudi. vbi & imperato. hanc illis prodidit rationem verbis in militari

litari oportere iudicio respondere, in quo & instructio sufficiens, & nota testimonia, & verissima possunt documenta monstrari. Hæc ille. In hanc igitur conuenerunt interpretes sentẽtiam omnes Cy. Bal. Angel. Salic. in d. l. 1. & 2. post glo. inibi Cast. & Cur. Iun. in d. l. heres absens. §. 1. Panor. & ceteri in cap. fin. de foro competen. Ripa. in cap. 1. nu. 66. de iudi. Soci. consi. 31. ad finem lib. 1. Dida. in pract. qq. c. 10. nu. 4. vers 4. illud præmissis. Diaz de Lu. reg. 514. fallen. 5. vbi & Socin. adduxit. Scobar. qui ex his neminem refert in d. cap. 7. nu. 1.

4 Idipsum † nec immerito protendi solet in eos qui aliorum gessere negotia, vt cum rationes sint etiam reddituri illic conueniri debeant, vbi gestum negotium est decis. Gen. 161. num. 1. Scoba. d. c. 7. num. 2.

5 Sane † Meno. quem silentio præteriit Scobari. in comment. de arbitr. iud. qq. centur. 5. lib. 2. casu. 468. à num. 1. scriptum reliquit iudicis fore rem hanc arbitrio relinquẽdam l. penul. §. fin. de condi. & demonst. verbis illis, verissimum est autem vt alias aliud ex persona & loco sit æstimandum: vt & post glo. verbo æstimandum Castr. censuit: neque dissentit Imola.

6 Verum † hæc Meno. traditio veluti improba defendi nõ
7 potest, scripsit ille (etsi ipsius † ingenium, † labor, & eru-
8 ditio inficiari non possint) pestilentissima † in libro illo dogmata, quę imperitos intercapiunt iudices, queque credentes ipsorum relicta arbitrio, sic miseri in laqueos incidunt inextricabiles, & in profunda se ipsos demergunt inferna, vti latius cap. 14. animaduerti. subuertit Menochij traditio receptissimas iuris regulas d. l. heres absens. §. 1. de iudi. & l. 1. & 2. C. vti de ratioci. à quibus nisi athei recedere possint.

Sed & inuertit † Bart. Cast. Cur. Socin. Panor. Dida. & omnium opinationem, à qua nec vllus recessit.

10 Videamus quis illius. §. fin. † sensus sit verus, cuius aliũ

ſemper fore exeſtimaui, quam eum, qui vulgo circumfertur: cum igitur dubitaretur, an ſeruus cui relicta libertas foret ſi diligentur rationes redderet, quo eas in loco reddere teneretur. Reſpondit Priſcus, non vbi illius deceſſerit heres, vel vbi relictus ſit omnino redditurum, plane ſi heres abſens reipublicæ cauſa fuerit illic petere, & rationes reddere debere, quod præſens videatur. Demnm iudicis arbitrio æſtimandum putat vbi & quando reddendæ ſint. Animaduerti in eo §. legatam libertatem fuiſſe ſub conditione reddendarium rationum, & periculo libertatus legatum ſubijci, ſi vel in loco adminiſtrationis reddendæ ſunt, cum heres abſit, aut alibi perquiendus eſſet, cum & differri libertas, & periclitari poſsit, ita factum, vt libertatis fauore, neque omnino in loco geſtarum rationum, neque domicilij, vel habitationis heredis: ſed iudicis æſtimandũ arbitrio, vbi, quando, quoue in loco reddi debẽt, vt libertatis relictum adeo fauorabile, nec morã aut diſpendiũ aliquod patiatur, & hic mihi verus, & Genuinus illius §. intellectus videtur, quo, & contraria conciliantur, & conueniunt omnia.

11 Succurrit † quod fideicommiſſaria differri libertas nõ poteſt etſi expilata hereditas diceretur, l. fideicommiſſaria libertas, ff. de fidei. liberta. & ex Rubiano † Senatus con
12 ſulto ſub conditione data, ſi per ſeruum non ſteterit iuſte vindicatur, l. ſi filius. §. 1. ff. de fidei liberta. ſed & abſente eo,
13 qui rogatus eſt ſeruum manu † mittere propriũ iudex æſtimabit, vt ſi præſens foret nec aduer ſari potuieſſet, liberũ eſſe iubea, vt hæc & alia inmunera fere aduerſus iuris regulas protlibertate ſtatuta & Priſci ſententiam in fauorem
14 dictam libertatis fuieſſe nullus dubitet. Neque † reticenda Viuiani opinio in d. §. final. exiſtimantis eum, qui alicuius Baronis vel titulo alterius decorati regio geſsit adminiſtrationem, & rem in eiuſdem reddere rationes domo teneri: quo ſcilicet adminiſtrauit loco ſecus aliter: ſenſit, & ex Ortolo.

Ortolo.tract.de nobilita.Scoba.d.c.7.nu.3.vbi ſententiam temperat,ne id in arce, aut domine caſtro fieri debent: domus enim populi publica deſignanda foret ne vel do mini timore,aut arcis metu perterritus datis, & acceptis aduerſari minime auderet,Bal.in l.cum ſententiam.C.de ſenten.& inter.om.iud.Auil.in c.prætorum,cap.30.nu.2 & deciſum aliquando teſtatur Auend. de exeq. manda. reg.1.par.cap.9.n.4.verſ.fina.

SVMMARIVM.

1 *Arbitri notionem habent non cognitionem.*
2 *Arbitri executione carent.*
3 *Bart.ab Ange.reprehenſus.*
4 *Officium iudicis pro arbitri ſententia non datur.*
5 *Bart.opinio probatur.*

ARBITRI SENTENTIA in vno dicta loco,in alio abſque litte ris reqniſitorijs executioni man dari poteſt.

CAP. XXXVI.

1 ARbitros,† quibus notio,non cognitio eſt,l. ait prætor.de re iud.cum territorio careant ipſorum ſententias alibi executioni mandari poſſe fatentur omnes,neque vlla arbitri deprecatio iuſſus litteræ,vt neceſſariæ ſunt,hoc ſuo iudicis officio magiſtratus terminabit,& exequetur,l.cum amtem.§.1.C.de
2 arbi.Rationem prodidit Bart † vt cum arbitri per ſe exequi nequeunt exequendo alios,nullam ſibi infert ille iniuriam.Bart.in l.à diuo.Pio.§.ſententiam.n.7.de iud.

Bart. † confutat Angelus rationem, cum ex arbitri sen-
3 tentia tres digrediantur actiones, infactum actio, vtilis in
rem, quando in reali lata, vel ex lege cōdictio, l. ne in arbi-
4 tris. l. cum antea C. de arbitr. neque † vsquam officium iu-
dicis proditum fuisse legimus, Angel. sequitur Cuman. d. §.
5 sententiam. Imol. & Tartaga. cum Bart † putant, arbitri
sententiam iudicis officio executioni: posse mandari, d. l.
cum antea iux. Bart intellectum, quo textum illum perci-
pit in l. si intra, ff. de reiudi. Bartol. rationē secutus fuit, Bal.
in l. fina. C. de ex. rei iud. Ias. in d. §. sententiā n. 21. & 22. Ce
terū si vel subuerti ratio Bartoli possit illiusverū est pronū
ciatum ex d. l. cum antea. probāt Bal. Angel. Cuma. Alex.
& Ias. in d. §. sententiam. Gratian. regul. 422. nu. 10. pract.
Papien. in titu. de fo. libel. in executio. sent. glo. 1. nu. 13.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus si excesserit, an ad illius superiorem, vel iu-dicis requirentis appellandum.*
2 *Superior executionis adeundus, cum ille, alterius litteris re-quisitus exequitur*
3 *Auxilium præstans alteri iudici absque litteris, si excedat ad illius superiorem prouocandom.*
4 *Auxilium facti præstans & excedens, non ad illius in hac specie superiorem appellandum.*
5 *Panor. opinio.*
6 *Appellare ab inuocatione licet brachij secularis.*
7 *Appellandum ad superiorem executoris.*
8 *Alexandri opinio.*
9 *Appellandum à iudice seculari exequēte inuocato illius bra-chio, ad superiorem illius non ad ecclesiasticum.*

CV-

CVIVS IVDICIS AVXIlium fuit postulatum requisitoriis litteris, si in executione excesserit, an ad illius superiorem, vel iudicis requirentis appellandum.

CAP. XXXVII.

1 ET proxima † superioribus quæstio est, an ab excidentis interpellati iudicis grauamine, ad illius superiores, an ad iudicis requirentis prouocandum. Et quidem Bart. cum in hanc incidit quæstionem, in l. ait prætor. §. sententiam num. 6. tres celebres distinxit casus. Primus vbi iudex vnus alrerius litteris interpellatur, vt executionem faciat tunc ad † exe-
2 quenti. superiorem prouocabitur, cum sua exequatur, nõ
3 alterius auctoritate. Alter Bart. † casus cum non exequitur interpellatus: ceterum auxilium præstat fert opem iuris adminiculo, vel excommunicando, interdicendo, vel aliud quidpiam, quod ad illius pertineat iurisdictionem denegando, & in hac specie ad illius appellatur superio-
4 rem, cum ex illius actu lædatur alter. Tertius † casus quoties requisitus iudex facti auxilium impenderet, vt cum, vel familiam requirenti iudici armatam relinqueret, aut aliud, cuius ope prior exequeretur, eo sane in casu prioris iudicis superiore adeundus foret: lædit enim ille etsi alterius ope & auxilio, Bart. traditionem secuti sunt aliqui in d. §. sententiam.

5 Ceterum Panor. † in cap. quoad consultationem ext. sent. & re iud. in secundo Bart. casu, opinatur, ct ad superio-

rē iudicis requirentis posse appellari: cum enim alterius brachium implorauerit excesisse ille videtur arg.l.qui occidit.§.in hac.ff.ad l.Aquil.c.fin.de iniur.

Alexander, Panor.sententiam sequitur in d.§.sententiā nu.15.ceterum ita interpretatur illius opinionem si ab in-
6 uocatione † brachii secularis appellaretur, id enim licet vc luti a cōmuni actione, cap.cum cessante de appellationis, vbi idem Panor. Dlexander.sup.

Neque ab eiusdem Bart.aliena Panor.opinio est, qui a
7 libi docuit executori † mandata per iudicem executione cum excedit illato grauamine & iussu iniusto ad superiorem mandantis prouocandum l. arbitrio secundum vnū intellectum ff.qui satis cogā. Id igitur ipsum in hac specie, vel cum auxilium alterius iudicis imploratum, vt excommunicet vel interdicat, & quoniam in depræcatione grauat superior adeundus requirentis.

8 Sane vbi alter † sui ipsius officio excommunicaret prouocandum ab eo esset: non ab alio, Alex. sequitur Ias. d. §. sententiam.nv.20. Bartoli autem distinctionem sequitur Aufred.ad Capell.Tholo.quæst.411.ad finem additionis, & Rebuf.in ll.reg.2.to.ti.de lite.requi glo.3.nu.31.Nos autem Bart.opinionē veram credimus, scripsi cap. 16. dum de brachii secularis verba feci inuocatione, & a iudice exequente seculari, cuius brachium fuit acclamatum, & petitum auxilium si excesserit non ad ecclesiasticum: sed secularis superiorem prouocandum dixi, Oliban.in commen. vsati alium namque cap.15.nu.47.Atzebed.in l.15.nu.11 tit.1.to.2.& quem illi non viderunt, Bere.consil 3.nu.17.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requisitus an de exceptionibus propositis cognoscere possit.*

2 *Iudex requisitus non illico exequi tenetur.*

3 *Citatio necessaria in iudice requisito.*

Iudex

4 *Iudex requisitus exceptionem nullitatis, iniustitiæ & his si-*
miles excutere & cognoscere potest.
5 *Iudex par, alterius sententiam infringere nequit.*
6 *Interpretum confusio.*
7 *Angeli & Imo. opinio aduersus Bal.*
8 *Iurisdictio ordinarii fauorabilior delegata.*
9 *Delegatus non sua: sed delegantis vice fungitur.*
10 *Iudex requisitus parere tenetur.*
11 *Meno. opinio & intellectus §. 1. l. a diuo Pio de re. iud.*
12 *Iudex requisitus de nullitatis cognoscit exceptione, cum fal-*
13 *sitas obiicitur.*
L. si pretor. §. Marcellus. ff. de iud. intellectus.
14 *Roma. & Alex. opinio.*
15 *Iudex requisitus an de meritis processus cognoscat*
16 *Executor an de meritis iustitiæ cognoscat.*
17 *Alex opinio.*
18 *Executor de exceptionibus post latam sententiã ortis cognoscit:*
19 *Iudex requisitus de exceptionibus cognoscit ortis ex eadem*
20 *executione.*
Executor merus de exceptionibus cognoscit, quæ oriuntur ex
21 *eodem actu executionis.*
Iudex requisitus non cognoscit de exceptionibus oppositis an-
22 *te sententiam.*
Exceptio semel reiecta denuo refricari non potest.
23 *Iudex requisitus de notoria cognoscit nullitate.*
24 *Iudices seculares, quorum imploratur auxilium, non illud*
25 *concedunt cum notoria, nullitas allegatur.*
Nullitas notoria est, quæ nulla indiget dilatione, vt probe-
26 *tur.*
Nullitas notoria nusquam ab statutis excludentibus quas-
27 *cunque exceptiones reiecta censetur.*
Nullitas quæ dum executio discernitur probari potest, non
28 *dicitur altiorem indaginem postulare.*
Iniustitiæ notoriæ cognitio datur iudici requisito.

Auxilia

29 *Auxilia mutua iudicum adinuenta, vt ea, quæ Deo placita sunt fiant.*
30 *Sententia notorie iniusta exequenda non est, etsi pars non opponat.*
31 *Excommunicationis exceptione opposita iudex requisitus cognoscit.*
32 *Excommunicationis exceptio reiecta non censetur ab statuto reijciente omnes exceptiones.*
33 *Iudex requisitus in criminalibus iniustam non exequitur. sententiam.*
34 *Iudex requisitus de falsitatis cognoscit exceptione.*
35 *Exceptio falsitatis in omni casu opponi potest.*
36 *Iudex requisitus cognoscit vbi causa noua superuenerit.*

IVDEX REQVISITVS an de oppositis exceptionibus cognoscere possit, nec ne, anceps articulus lucido declaratur.

CAP. XXXVIII.



IN brachij secularis tractatione, cum per iudices acclamatur ecclesiæ, quando, quibusue in casibus de exceptionibus: quæ in eorum iudicio instituuntur cognoscere possint necne scripsi multa lib. 1. cap. 8. 9. 10. & sequen. non ipsa repetam, quæ illic erudite digesta fuere: hoc tantum capite inquiramus de iudicibus secularibus requisitis, qualem in propositis exceptionibus cognitionem haberent, in quibus cognoscere, quas reijcere, & ad primum relegare remitetentem teneantur: † in quo articulo varij, varia diuersa, &
1

aduersa

aduersa, vt secum in omnibus fere desidere videantur: cõfundunt terminos multi de mero executore ratiocinantes ad iudicem requisitum, qui par & æqualis nõ inferior est, quod sepius animaduerti d.c.8 9.10.& sequen.

2 Sciendum † vero iudicem requisitum ab alio non ilico auxilium prestare, aut exequi teneri. sed demum qualquali cognitione adhibita, quam prudens quisque magistratus adiiciet, ne extemplo & præcipitãter executioni littere mãdentur, Fel. auctoritate Anchar. docuit in cap. fin. nu.22. in fine de fo. comp. sicuti & ab ecclesiastico iudice auxilium imploratur seculare scripsi adductis innumeris
3 lib.2. cap.7 In primis † in ius aduersantem vocare oportet, cur parendum non sit dicturus requisitoriis, Bart. in l. a diuo Pio. de re. iudica. & obseruari apud nostros testatur Canceri in suis resolu. cap.15. nu.13. lib.2. Is autẽ aduersum quem littere deprecatorie obtente fuere in ius vocato & nihil oponente, dubio procul executio fit: sin minus vel aduersus sententiam excipit aut merita causæ: sic vt lucido articulus hic intricatus exoluatur: due itidem inspectiones animaduertendæ.

Prima quid in propositis aduersum sententiam exceptionibus num requisitus possit cognoscere: altera quid vbi exceptiones nõ sententiam: sed causæ iustitiam vel iniustitiam spectant. Primæ † inspectiois regula indictas aduer-
4 sum sentẽtiam exceptiones nullitatis, notissimæ iniustitie falsitatis, suspicionis, ob apellationem interpositam, declinatorie fori iudicis incompetentis, & his similes, multæ excutiet, cognoscet summatim, num vere sint quæ opponuntur, non sane vt iudicet, aut interloquatur: sed vt is vel cesset, supersedant, & dimittat, aut alioquin remittenti re-
5 mittat, vt iudicet iudici. Rationẽ † eam prodidere interpretes nostri: quod si iudicaret hic, alterius superioris vel paris saltim infringeret sententiam, & iudicium subuerteret toto prohibitum iure l. nam & magistratus. de recep.

arbi.

recep.arbi.l ille a quo.§.intempestiuum ad S. C. Trebelli. Bart. in l. a diuo Pio. num.9.de re iud.tex in l. si prętor. in prin. & §. Marcellus. de iudi. Alex. ibi num. 10. Ias.num. 16.Felin.in c.pastoralis.§ quia vero nu. 16. de offi. deleg: sequi Bart. alios testatur Menoc.de arbitr. iud. quæst. lib. 1. q. 38. num. 11. idem Meno. de inter adipiscen. rem. 4. nume. 412. nouissime Pereg, consi. 63. num. 20. & ii omnes in quæstione proposita loquentes cum auxilium litteris ad alieno postulatur iudice.sic scribunt. † Confun-
1 dunt interpretes terminos,& de mero executore ad iudicem cuius auxilium postulatur, argumētantur, nec recte.

Contrarium aduersus Bart. sententiam. in d. l. a diuo defendunt Angel. & Imo ibidem posse & de his cognoscere & iudicare auctoritate glo. in d. c. pastoralis §. quia vero. Panor.in eodem §.num.7.cum enim ordinarii iurisdictio fauorabilior sit, simulque latior delegata
2 glo. in c. 2. de rescrip. in 6. & in c. si contra vnum §. pen.de offi.deleg. quamquam delegatus executor de his
3 nequeat cognoscere,nec vti inferior iudicare:hic tamē cuius auxilium postulatur cum ordinarius sit, & iudicare & cognoscere poterit.

Obiectū Imo.sequiores dupliciter tollunt:primo nō sequi delegatus nequit: poterit igitur ordinarius : etsi enim
4 vi sua & autoritate posit,iurisdictionéque habeat,† at vti delegatus non sua sed delegantis vice fungitur l. 1. §. qui mandatam ff. de offi. ei. & nullam iudicandi potestatem habet. †. Succurrit Tartagan,quoniam cum iudici, qui sententiam tulit,& nunc requirit & rogat, vt sententiam exequatur parere alter teneatur d. l. a diuo Pio.§.sentētiā
5 de re. iudic. non hic par vel æqualis: sest maior iure æstimandus Cy.in l. properandum.§.sin autem reus.q.8.C.de de iudi.Meno.d.q. 38.nu.15.& in specie decisio adducta a nullo.Capel.Tolos.quęst.411.

Sane vt hincobiectum aliud Imo.explōdamus,& si tex.

in

in d.l. a diuo Pio. §. 1. & sequen. cognitionem executioni concesserit, qui alterius iussa executioni mandat. Verum neque ille §. Bart. infringit opinionem, vt me prior Meno. scribit cum cognoscere & iudicare de his possit, quæ in rebus exequendis disceptationes oriuntur Bart. nu. 6. in d.l. a diuo Pio. Meno. d.q. 38. post Sali, & alios nu. 8. de his autem, que merita pertingunt litis minime, idem Meno. d.q. num. 16.

12 Neque diuersum † cẽsent plerique cum executioni sententiæ nullitatis exceptio obiiceretur, quod lata sententia foret falsis suggestionibus aduersum eum, qui vel ex causa minus probabili aut necessaria ab esset veluti relegationis, Imol in l. qui Rome. §. duo. de verb. obligatio. Roman. in l. si is ad quem. ff. de acquir. here. Alex in d. l. a diuo Pio. num. 11. & ii quidem Angeli traditionem confutant: qui in d. §. duo fratres aliter senserat ex d. l. si prætor.
13 §. Marcellus. de iudi. † disiungebat ille casum d. §. a versi. Paulus eiusdem: argute enim aiebat §. Marcellus loqui de sententia lata contra absentem ex causa, aut voluntaria omnino, minusue probabili, opposita enim exceptione aduersum executionem cognoscat exequens: primus autem iudicet, in versi. Paulus. putat loqui iurisconsultum quando falsis allegationibus sentẽtia latta fuerat aduersus absentem ex causa necessaria veluti reipublicæ, vel saltim probabili, vt tunc cognoscat, & iudicet requirens.

14 Hunc † etsi ingenio sum intellectum multis confutãt Roma. & Alex. in d.l. a diuo Pio. quibus adstipulatur Menochi. d. q. 38. nu. 18. cuius nunc non iterum argumenta recensere oportet.

15 Alier nunc † casus excutiendus cum exceptiones merita respiciunt litis agitate, in hac sane specie crediderunt multi, non de his requisitum cognoscere iudicẽ posse, Bart. in d. l. a diuo Pio. num. 7. de re iud. ex tex. in l. penul. ff. de confes. censuit cum Bart. Panor. Anchar.

char. Anto. de Butr. & Zasi. quos seriatum recensuit Meno. d. q. 38. nu. 9.

16 Contrariam † tenuere alii opinionem glo. in d. c. pasto pastoralis §. quia vero de offi. deleg. quam crebrius receptam Alex. scribit in d. l. a diuo Pio nu. 9. Imo & Angel. ibidem, sic illi sentiunt, vt executor de his cognoscere possit, si liqueat, si veras esse agnoscat, subsistet, non iudicabit: sed iudici remittet remittenti: siu minus non veras cognouerit exequi poterit & terminare d. l. si prętor. §. Marcellus. vt enim probe Alex. & Meno. quemadmodũ super falsitatis & nullitatis cognoscit requisitus exceptione sic sane in his casibus.

17 Temperat † Alex. ne hæc vindicent cum exceptiones ex his essent, quę post sententiam opponi possint, quasi velit & de his requisitum cognoscere non vt indicet: sed vt dimittat remittenti d. l. penul. de confes. probant Alex.
18 opinionem Ias & Felin. quos simul Menoc. secutus est. d. quęstio. 38. nume. 9. † Nam & generaliter proditum executoribus, quibus hæ obiiciuntur exceptiones id ipsum permissum, quemadmodum ex Aufre. Rolan. & Capel. Tolosan. decidit Caual. decis. 10 nu. 30 1. p. Mynsinge. obseruatio. 69. centu. 3. alios superaddit idem Cau lc. in reper. decisio. verbo executor merus nõ potest cognoscere. And. Gail. lib. 1. obserua. 113. nu. 8. Surd. consil.
19 358 nu 13. lib. 3. Et his alius adiungendus † casus est quoties exequente requisito exceptiones, oriuntur quæ nullitatem aut merita respiciunt sed quæ ex eadem digrediuntur executione, & rebus exequendis, vti exceptio illa, ne quis conueniatur vltra quam facere possit, & his similes creditũ crebrius cognoscere & iudicare requisitum posse vti Bart docuit in d. l. a diuo Pio. nu. 8. Felin. in d. c. pasto-
20 ralis. §. quia vero Meno. d q 38. nu. 10. idipsum in mero † executore censuere Caual. Mynsing. & Gail. supra Ias. Iofred Boer. Decian Iose. Ludo. Gigas. Brun & alii quos memorat

morat Caual. in reperto. dicto verbo executor merus. Ga il. d. obseruatione a nu. 8. lib. 1.

21 Verum non hæc traditio perpetua est, quid enim si super his forsitan vel aliis disceptatū fuisset ante sententiam exceptionibus, nō tūc requisitus cognoscere poterit ius enim sententia fecit d. c. pastoralis. §. quia vero quini
22 mo nullitatis † alteraue deterior exceptio semel reiecta, denuo in iudicium deduci potest l. 1. C si ex fals. ins. & ex Crauet Castren. Afflic. Anchar. Rigien Gabriel. Roma. Barba. & aliis decidit Caual. d. decisio. 45. nu. 64. 1. par. respondit egregie Surd. consil. 415. nu. 35. lib. 3 etsi notorie, iniqua foret vt ille inibi.

Excipiunt interpretes & casus quosdam, in quibus requisitus cognoscit, hic † ante omnium oculos præcipuus
23 cum notoria nullitatis exceptio foret glo. in c. si non 25. quæst. 2. Panor. nu. 3. in d. c. pastoralis. §. quia vero. ibi Felin. post Imo. nu. 17. idem in c. si quando. ad finem de offi. delega. Bero. in c. significasti. num. 14. de offi. dele. Maran. disputa. 1. nu 36. Zuchar. in l. fin. nu. 280. de edict. di. Adriad. Toll. Menoc. qui eos de arb. iudi. qq. lib. 1. quæst. 38. num. 21. idem in commenta. de adipiscen. possessi. reme. 4. nu. 412. Sicut ex receptiori tradidimus lib. 1 cap. 11. inspecti. 4. † non iudices seculares quorum
2 imploratur auxilium impartiri tunc cogi, cum notoria nullitas diceretur, Azpil. post Panor. in d. c. si quando 1. remed. nulli: num. 7. Bossi. Alciat. Auil. Bellu. Salzed Rolan. Atzebed. Gracian. Nat. Portole. Gail. quos nomina
25 tim recensui illic in versic. moderantur secundo vbi tem peraui, cum nullitas notoria est, neque vlla indiget dilatione vt probetur sed extēplo insinuatur, alioquin si aliun de peruestiganda, reiceretur, Afflict. in const. Sccil. in præfati. num. 58. Ripa in l. 4. §. condemnatum num. 17. de re iudi. Oldra. Cardina. & alij quos Viui. decis. 53. num. 34. egregie Surdus. consi. 379. num. 31. lib. 3. Pe

M grin.

regrin. consil. 73. num. 15. 16. Deci. Roma. nouis. 55. lib. 2.

Notoria † enim exceptio nullitatis nusquam ab statutis vel legibus excepta censetur, vti auctoritate Panor. Deci. Cur. Bero. Gozad. Nat. Mila. Roma. Bertachi. Bursa. Menoc. & aliorum pulchre docet Caro. de Gras. tracta. de statu. exclud. excep. quincta excep. a nu. 1. 2 & sequen. Nullitas † sane, quę dum executio ipsa decernenda est, probari potest non altiorem indaginem postulare videretur proin minime reiicienda foret scripsit post alios Caual. Decisio. 28. nu. 12. par. 2.

Non aliud censuere interpretes cum iniustitia excipitur notoria, eandem ipsam nullitati cōparari atque ideo iudicem cognoscere requisitum posse existimant Panor. & alij omnea in d. c. pastoralis. §. quia vero c. inter ceteras de rescrip. Neque enim auxilia hec concedi solita, † nisi vt deo placita suum consequantur effectum cap. 1. de offi. ordina. quæ autem iniustitia plena sint, minime Deo placent. Vnde neque exequenda l. si pure. ff. de ino. testa. Clem. pastoralis de reiud Innocen. in c. cum in iure peritus. de re iud. Anchar. consi. 382. Alcia. post Panor. in d. c. 1. de offi. ordin. nu. 110. Mona. Archidiach. Io. And. Feder. de sen. Calca. Afflic. Azpil. Bellu. Redin. Auil. Portole. Atzebed. & Andr. Gail. quos recensui lib. 1. cap. 11. inspectio 4. vers. tertio non vindicare regulam. & his addiderim Panci rol. cons. 63. nu. 46 Felin. Afflic. Mascar. decisio. rotæ Roma. in nouissimis 362. nu. 4. 1. par. decisio. 644. ea par & ex his Surd. consi. 369. num. 29. 30. 31. lib. 3.

Addidit ille num. 31. iudicem † ab executione sententię quę iniusta sit recedere oportere etsi pars id minime dixisset, aut opposuisset ex Anchar. cons. 208. du. 6. Roma. consi. 51. nu. 2. Gabr consi. 43. num. 47. lib. 1. vbi in vrbe hanc ipsam opinionem vti tutissimam &

veram

veram, praxim amplexari affirmat, vereque ipsam rota amplexatur Romana, vti conterraneus noster Christophorus Robuster. sua scribit decisio. 85. a nu. 1. par. 1.

Tertius excipit casus solet cum iudici requisito excõ-
31 municationis obiicitur exceptio agentis cap. 1. d. excep. in 6. cap. decernimus de sen. excommuni. Non enim pertingit exceptio hæc, res, actaue iudicis: sed adhæret agentis personæ, & eam reddit inhabilem Deci. in c. ex parte. in 2. num. 42. de offi. delega. Atque ideo iuste coram requisito obiici potest Felin. in d. §. quia vero num. 17. Gem. & idem Felin. quos Menoc. probat d. quęst. 38
32 num. 22. † Nusquam enim exceptio excommunicationis reiecta censetur, etsi alię forent omnes, Pereg. tracta de in. fis. lib. 3. titu. 11. num. 8. Vgolin. de censu. rub. de excom. cap. 15. §. 7. num 1. Viui. decisi. 99. num. 7. Pari. Diaz. Menoc. Asini. Vgolin. & alij plerique. quos longa serie memorat Carol. de Grassi. tractat. de excep. excep 4. nu. 3. 4. 5.

43 Quartus † casus in criminalibus causis, sententiam enim iniquam requisitus non exequitur: irreparabile enim præiudicium habet. sic sane post Felin. in d. §. quia vero & Panor. scribit Menoc. d. quæst. 38. num. 23. sed quoniam inferius lib. 3. latius agemus in eum reiicimus studiosum locum.

44 Quintus † vbi falsitatis exceptio vel rescripti, aut falsi instrumenti, opponeretur. Rationem reddunt interpretes quod cum falsum nullum † sit, l. Paulus de verb. signifi. posit autem de nullitate requisitus cognoscere, id ipsum in falsitate censendum cap. si eo tempore de rescrip. in 6. Felin. in d. §. quia vero nũm. 17. Socin. senior. consilio 83. num. 92. lib. 4. Menoch. d. quæst. 38. num. 23.

45 Atque ideo † tam grauis hæc exceptio est, vt quando cunque in omni casu obiici posit Bart. in l. si veritas. C. de

fideicom. Maſſa. tract. de for. came. obliga quæſt. 1. in princip. Aſsini. de executio. §. 31. cap. 3. Multos Menoc. de pręſump. lib. 2. præſump. 48. nu. 40. Milan. deciſ. 8. num. 19. lib. 2. Theſau. deciſ. Pedemon. 26. num. 15. idem Milane. deci. 8. nu. 20. & deciſio. 2. nu. 31. lib. 2. Paſſe. conſil. 28. nu. 20.

Sextus † caſus, vbi noua ſuperueniret cauſa quę iudicā
37 ti præcognita executionem minime decreuiſſet, Felin. in d. §. quia vero nu. 7. verſ. quarto fallit ex l. ſi hominem ff. manda. Maran. diſputa. 1. nu. 33 ornat Menoc. multis. d. q. 38. quę ab Hypoli. & Felin. ſubducta ſilentio pręteriit.

SVMMARIVM.

1 *Iudex requiſitus legitime, vt aliquid faciat parere tenetur.*
2 *Mandatum morte mandantis extingui, quomodo intelligatur.*
3 *Bartoli traditio.*
4 *Bartoli traditio declarata.*
5 *Iudicis ſtatu mutato mandatum extinguitur, & reuocatur cenſetur.*
Bartoli traditio celebris.
7 *Antinomiæ diſſolutio.*
8

REQVIRENTE MORtuo iudice, an ſucceſſor exequi litteras teneatur.

CAP. XXXIX.

1 REquiſitū iudicē & interpellatū iuſte vt alteri reſcribat & exequatur parere & obtēperare oportere pœnis aduer-

aduersum cum a iure indictis, explicaui prioribus huius libri capitibus. Hoc amplius & ab eo appellari & superiorẽ adiri posse, vt eundem compellat: sic statutum, vt eum officij necessitate coactus id faciat, si vel ab officio suspensus, subductus, vel mortuus fuerit interim, successor idipsum perficere, & executionem decernere teneatur.

2 Quod † enim vulgo dicitur mandatum mãdantis morte extingui c. gratum. de offi. deleg. l. & quia de iuris. omn. iud. l. mandatum. c. manda. lemma sic nostri interpretantur, vt non in his vindicet, quæ officii vel dignitatis ratione iudicis vel magistratus exercent: in his sane mandatum re integra minime extinguentur. Bart. in l. si defunctus. ad fin. ff. de procura. & in l. 2. §. sed et si quis. ff. de donatio Bal. Ias. Deci. Alberi. Roman. Alex: Panor. Cardin. Hypol. quos memorat. Gabriel in commu. lib. 2. tit. de procura. conclu. 2. nu. 19. vers. tertio principaliter limito.

3 Neque † his dissimile Bart. pronunciatum in l. more de iur. om. iud. nu. 6. mandatum nuntio vt in possessionem mittat mãdante interim iudice mortuo, non exingui mãdatum, atque ideo in possessionem post mittere nuncium posse: necessitate enim officii compulsus missionem præcepit, sic ex Bart. Angel. Ias. & Purpura Dida. resoluit in pract. qq. cap. 11. num. 1. ad medium vers. secundo hoc ipsum probatur. Alios innumeros adiungit Gabriel. d. cõclusio nu. 24. His aliisque multis crebrius creditum iudice mortuo requirente successeore id ipsum persequi oportere. Castr. Angel. Aretin. Xuar eosdem refert & sequitur Dida. & multis comprobat. d. c. 12. an. 1 & vers. quarto eadem sententia probatur.

5 Verum hæc opinio † quamquam probari posit, cũ sola mors intercedit requirentis iudicis, attamẽ si re integra non mors sola: sed mutatio status mandãtis adsi quia vel seruus casu, aut furiosus effectus, suspensus vel priuatus, mi-
5 nime Dida. admitti sententia potest: mutatione † enim sta-

tus mandatum reuocatum censetur, l. si quis alicui. ff. de ac quir. Hered si quis inquit, alicui mandauerit vt si existi-
16 mauerit, petat sibi bonorum possessioné & posteaquam illam petijt furcere ceperit: nihilhominus acquisita est, ei bonorũ possessio. Quod si antequam ille petat, is qui man dauit petédam surere cœperit, dicendum est non esse sta tim ei quæsitam possessionem. Igitur bonorum possessio
6 nis petitio ratihabitione debet confirmari: & ex, hac ipsa † legis dispositione censuit Bart. status iudicis vel alterius mandantis mutatione mandatum extingui in l. eius qui in prouincia, vbi alii omnes ff. de re. cred. Cy. Barto. Cast. Cardin. Salice. Angel & Areti. quos Gabr. d. conclu. 2. nu. 22. Straci. tract. de merca tit. de mand. num. 47. Anchar. Rigien. quæst. 24. nu. 2. lib. 11. † obiectũ hoc valide pug-
7 nat. Vtinam illud præuidissent interpretes, nisi dixeris, nó locum illi cum necessitate officii, vt antea dicebam mandatum expeditur. Porro successor idem cum antecessore iudex censetur etsi altera substituatur persona l. proponebatur, vbi Bart. & alii ff. de iudi.

SVMMARIVM.

1 *Delinquentes foro se subijciunt iudicis vbi delinqunt.*
2 *Cõtrahẽtes contractu, foro se subiiciũt iudicis illius territorii.*
3 *Delinquente forum sortiunt loci delicti, originis & domicilii.*
4 *Differentia qualis inter eos. qui forum sortiuntur ratione delicti ab his qui ratione contractus.*
5 *Contrahentes suo consensu obligationem perficiunt.*
6 *Delinqnentes suo consensu illius se inrisdictionis subiiciunt, vbi deliuqnerunt.*
7 *Delinquentes suo conseusu in pœnam legis non videntur consentire.*
8 *Auctoris opinio aduersus communem.*
9 *Ratio communis improbata.*
10 *Bationes multæ cur delicta ibidem punienda vbi delictum admissum.*

Deli-

11 Delicta interesse reipub. vt ibidem puniantur vbi commissa fuerunt.
12 Ratio communis tollitur.
13 Iudicibus congruit optimis, malis habere pacatam prouinciã hominibus.
14 Vindicta his datur iudicibus, quibus iniuria irrogata.
15 Ratio communis sublata.
16 Male agens rationem reddere tenetur.
17 Dida. ratio.
18 Delinquens extra locũ delicti domcilii & originis, tutus esse debet.
19 Opinio communis improbata.
20 Delicta impunita remanere non debent.
21 Raptor nullibi tutus etiam extra domicilium, originem, & locum delicti.
22 Assasinus nullibi tutus extra locam delicti, domicilii. vel, originis.
23 Latro publicus nullibi tutus extra locum domicilii, originis & locum delicti.
24 Vagubundus nullibi tutus.
25 Officialis a Syndicatu nullibi tutus.
26 Occidens animo præmediiato nullibi tutus.
27 Opinio communis reiecta.
28 Occidens patrem nullibi tutus.
29 Sodomitte nullibi tuti.
30 Latro insidiosus vbique capi potest.
31 Depopulatores agrorum, & militiæ desertor, vbique capitur.
32 Opinio communis nullo iure probatue.
33 Extensio licita in pœnalibus & odiosis, ne crimina impunita remaneaut.
34 Interpretatio fauorabilis. & tunc dicitur cum de criminibus agitur puniendis.
35 Opinio auctoris qualiter intelligenda.
39 Executio sententiæ, quæ instatur ab vno iudice alteri litteris



FO-

FRANCISCI MOLINI DE BRACHIO secula. Eccleſ. præſ.

LIBER TERTIVS.

FORVM SORTIRI DELICTI DELINQVENTES, & qua ex cauſa, tum & remiſsionem concedi poſſe, præclara animaduerſa.

CAP. XXXX.

1 IGNORASSE ſcio † neminem, delinquentes foro ſubiici admiſsi criminis et ſi illic minime vel ex eadem cauſa forum ſortiri poſſent c. 1. de rapto l. ſolent de cuſto. reo. l. 1. C. de iur. om. iud. auctẽn. qua in prouincia C. vbi de crim. l. 1. C. vbi. ſena. vel clariſ. l. 1. C. vbi crim. agi. opor. glo. poſt
2 quam & a Bart. ceteri dediſcere in l. a diuo Pio. §. ſententiam. de re iud. Plane ſicuti † contrahendo quis forũ ſortitur contractus domicilij & originis vti fuſius, quam par
3 ſit libro altero tradidi: ſic ſane † delinquentes non delicti admiſsi forum vnum ſortiuntur, ſed & domicilij, & propriæ ſedis, l. 1. ff. de inter. & relega. l. relegatorum. §. inter dicere autem. eo. tit. c. licet. de for. comp. origins etiam
4 l. incola. ff. ad muni. verum † non vna parque argumentatio eſt contrahentium cum delinquentib. præcipuus il-

lorum forus domicilii est nō contractus nisi reperiantur, sicuti lib. anteriori, nō simel diximus, delinquentium non domicilii & habitationis. sed patrati facinoris est, Cyril. in sum. crimina. tit. vbi de cri. agi opor. nu. 2. iure igitur loco originis & domicilii delinquens sortitur forum, quemadmodū Bart. scriptum reliquit in l. cunctos populos. n. 47. C. de sum. trini. Tudis. in c. cū contingat. defo. comp. Alex. Gandi. Bossi. Sylua. Carre. Gram. Dueny. Rolan. Dida. Clar. eosdē retulit probauitq. eruditus impense Farina. in qq. crim. tit. de inquisitio. q. 7. num. 1. & 2. Tybe. Deci. in tracta. criminal. tit. de remiss. reo. c. 19. in princ. Caual. decisio. 1. a n. 1 parte 1. Baiar. ad Clar. q. 39. a n. 1. decisio. nouissima huius principatus 87. nu. 1.

5 Enim vero sicuti † cōtrahētes cōsensu cōuentionē perficiunt, & in loco contractus domicilij & originis conueniuntur eodem ipso consensu delinquens se se pene subdi-
6 dit, † vt in eo loco originis & domicilij coherceri possit: oriri enim obligationē ex delictis non obscure lex innuit imperatores ff. de iu. fis. verbis tute huic pœnæ subdidisti l. fin. in verbis quodammodo sua mente punitur. C. ad l. Iul. maiest. & apud veteres hæc olim receptior opinio fuit glo. in l. 1. §. ad bestias. in verbo onerari ff. de postulatn. Faber. in §. furtorum. inst. de obliga. quæ ex del. Aretin. in §. ius autem. nume. 7. inst. de iure natur. Bart. in §. quia vero. in aucten. de non alienan. Florian. in l. inde Neratius §. fin. ff ad l. Aqui Ias. in l. 1. §. sublata. ad S. C. Trebelli Alcia. de præsump. regu. 3. præs. 33. nume. 4. tuetur. Vasq. de succes. creatio. lib. 1. §. 10. num. 665. ad medium.

7 Quamquam † crebrius post creditum nusquam delinquentem suo voluisse consensu, in pœnam consentire quam vel hebes quisque & furiosus, quorum nullus est consensus aufugiunt, quemadmodum idem Bart. opinatus. Bal. Castren. Ias. Pala. Rub. Fortun. Balb. Gomet.

mes.Rica. & Pinel. quos idem Vasq.improbans memorat supra. Mihi superior † placet opinio: vix enim est, vt
8 iuribus,quæ adduximus respõderi posit,quicquid Pinel. subtiliter animaduertat.

9 Porro summa † illa ratio,cui innittuntur recte dissolui. potest nusquam delinquentem in penam consentire: id ipse non de pœna sed executione pœnæ indicendæ credi derim,quam quisque abhorret & execratur. In pœnam autẽ proculdubio delinquẽs cõsentit,qui sciat delicta suas habere pœnas,quibus delinquẽtes multẽtur. Igitur in genere,& veluti (vt Dialectici aiunt) in abstracto cõsentit in pœnam delinquens:quãquam in concreto minime.Verũ hæc prætermittamus.Rationẽ nũc exquirere oportet eorũ,quæ diximus cur vbi admittũtur crimina,rectius puniẽda,quam domicilio vel origine aduersum legem contra-
2 ctũ,Dida.in pra.qq.c.11.n.2.post veteres treis prodidit rationes,quas senatim decis.sua Pegue.66.num.1 recensuit

Prima interesse reipublicæ eo scelera loco puniri, quo admissa fuere qui enim nõ dũ delinquere,vel exẽplo deterriti,ne in eadem ipsa in cidãt dimouentur l.capitalium.
3 §.famosos.de pænis,Clem.1.de offi.ord n.c.quia propter 2.q.7.c.ad deliberandum de iud.c.2.de calumnia.Verum hic ratio. vitari potest: non enim solo exemplo aliorum pœna in loco infligitur criminis:sed quia eodẽ ipso loco multandus,in quo consensit & delictũ patrauit: sicut ille qui certo dare loco,aut facere promisit illic conueniẽdus sit,vt sup. nos ca.32.Secũdã reddit Dida rationem, quod
1 respublica,vbi delictũ in illius admissum territorio fuerit
2 læsa,& veluti iniuria affecta,non alias compensare ipsam,
3 quam delicti animaduertione posit,vt quam illi infamiã delinquẽs irrogauit cohertione iusta tollat & instauret.Factum enim, vt magistratus † reipublicæ læsi,quibus hæc cura maior,vt in facinorosos animaduertãt,& malis pacatã prouinciã habeãt hominibus,ne pacis & publicę quietis

in se-

in festis turbetur tranquillitas, l. congruit. de offi. præsid. iure igitur † statutum, vt his vindicta detur, quibus iniuria irrogata, atque ab his scelestes multentur, quos inuerecunde dehonestarunt. d. l. congruit. & l. 3. de offi. presi. can. factæ sunt leges 4. distinct.

15 Verum † & hæc ratio non admodũ concinit: & si enim magistratus illi iniuria videantur affecti: per vigiles tamẽ & soliciti in capiendis facinorosis, & delictis inquirendis magistratus, dum capere nequeunt reos, cum alibi ex his puniuntur criminibus & iniuriam compensant, quæ non illis, à quibus coercentur facinorosi, illata est: sed his quorum scelestes manus euaserunt.

Tertia ratio aptior est, necesse crimina illic puniri vbi admissa fuere, cum auctoris criminis, & probationum copia ad sit, quæ si alibi fierent, perdifficilis indagatio foret, sæpiusque vel testium inopia, difficultate etiam probationis et expensis maioribus si alibi de crimine ageretur impunita delicta remanerent, §. hoc considerantes. in auct. vt omnes obedi iudi.

16 Ita sane † cum is, qui male egerit & delinquerit rationem reddere teneatur, an iure, vel iniuria fecerit, vti administrationis rationes ibi reddẽdæ, vbi administratę fuerunt, quo facilior redditio fiat rationum l. 1. & 2. de ratio ti. diximus altero libro cap. 35. eodem iure delicti cognitio aptius in loco patrati fiet criminis, ne aliunde probationes (quæ maxime in criminalibus difficiliores sunt) deducendæ sint.

Quartam † annectit idem Dida, quod in loco criminis

17 patrati iniuria affecti proximi, & consanguinei vindictam facilius prosequantur, quam ommitterent sępius si apud iudicem domicilij vel originis ptosequi compellerentur. Hinc illud consequenter docuere interpretes, delinquentem, qui alibi & altero sit extra domicilium loco, originis vel delicti puniri † non posse: tutus enim ab omni iudi-

cum

cum iniuria is esse videtur: qui nec in loco delicti, originis vel domicilii permaneat, quasi ab his tātum non alijs possit quisquam iudicibus multari. c. si diligenti. de fo. cōp. Pano. in cap. fin. nu. 13. illo tit. Angel. Bossi. Dida. Conrad. Cepol. Iadoc. quos memorat & probat Farin. in qq. crim. tit. de inquisitio q. 7. nu. 2. Ossas. consi. 64. n. 7. Decis. huius senatus recens. Ludo. de Pegue. 87. nu. 2.

19 Sane ego † hanc communem omnium traditionem omnium fore fallaciam, & decantatissimas simul, semper credidi nenias, dignasq. vt hinc ab omni posteritate reprobentur: quis enim feret parricidam, fraticidas, matricidā, impuros sodomitas, sacrilegos, falsarios, & læsæ. maiestatis crimine impetitos, agrorum depopularores, seditiosos, nō ab omnibus posse extra domicilium, habitationē, originē, capi & multari: quando id omnes fatentur fieri in fure, raptore, assasino, latrone publico, vagabundo, hæretico, homicida proditorio, & eo, qui dimisso officio & magistratu aufugit, quemadmodum Farina prolixius supra a nu. 2. & 3. & nu. 19. grauiora certe a me enarrata præter hæresim crimina sunt illis: cur igitur diuersum ius statuendum sit, non certe viderim.

20 Porro iura † clamittant omnia ne delicta impunita remaneant, remanerēt autem cum, tuti delinquentes exrra locum delicti. domicilii, vel originis degunt. Vnde mihi opinio illa nunquam placere potuit.

21 Secundo † vel ex eo manifeste conuincitur, quod omnes affirmant raptorem, nulla fori gaudere præsctiptione. l. v in verbis si sine fori pręscriptione, C. de raptu virgi. Bal. Chas. & plerique alii, quorum meminit idem Farin. supra. num. 8. atque ideo vbicunque, & quandocunque multari extra admissi raptus locum docticilii vel originis

22 posse † Assasinus id ipsum, cū offendi, distringi vbicūque

23 possit c. 1. de hominib. Fari. ibidem. num. 9. † latro publicus a iure ipso omni exauctoratus auxilio, beneficio, qui

qui veluti relegatus & cōdemnatus occidi vbicunque poſſit l. fin. C. quan li fine iud. ſe vindi. cui bellum a iure indicitur, l. reos. C. de accuſatio. Hic extra delicti etiam domicilii vel originis puniri poteſt, idem Farina. nu. 10.
24 † Neque aliud ſentiunt in vagabundo omnes: in heretico nulli vnquam dubium, glo. in c. vt commiſſi. verbo procedendi. de Hæreti. in 6. quam poſt plures Farin. receptiſsimã ſcripſit nu. 17. &
25 officialem † ſeu magiſtratum fugientem a loco ſuo, puniri vbique poſſe autumant l. nullus. C. de ſent. Corrad. & Farin. qui extremo illum putauerunt, vbique poſſe coherceri, qui proximũ præmeditato occiderit, inſidiis, animo, vt in
26 † illius odiũ m quouis orbis loco delicti ſit, domicilii, vel originis, puniri poſsit: rationẽ reddentes interpretes, quod iure diuino nullus ſibi confugii locus ſuperſit, vt idem prolixius Farin num. 18. & 19. ſupra.

27 Ex his † quæ ob id referre, volui, vt receptiorem illam facillius confutarem, quis non videat, parricidas, qui ius diuinum ſimul naturæ & humanũ lędant, patrem occidendo aut matrem, nullum pro confugio locum habete poſſe, quibus
28 † viuis omnium elementorũ vſus fuerit interdictus, l. vni. in verbis, vt omni elementorum vſu. C. de his, qui paren. vel libe. occid. ſane cui elementorum interdictus vſus & orbis totus & terra, (quæ ſummum eſt elementum) interdicta eſt, vt & hic capi & diſtringi vbicumque poſſet, ſicut raptor, aſſaſsimus, latro inſidioſus.

29 Inmundi † Sodomitæ, qui diuina ſimul & naturalia offendunt præcepta, & coeundi inuertunt modum: immutant regulam, l. cum vir. C. ad l. Iul. de adu. quẽ pro confugio locum habere poterunt? Aduerſum eos armantur iura gladio vltore, & leges inſurgunt. Non ne hic vbique capi poterũt, ſicut de aſtaſsimo illi fatentur, & inſidioſo latrone, cum ius armis & legibus ſuis infeſtam naturæ audaciam

30 daciam persequuntur vbique d.l cum vir Sacrilegi,† hæretici sunt,& hæreticorum nomine continentur, dixi. lib. 1.cap.4. Ad hæc si latro insidiosus,vt illi aiunt,vti iuris omni auxilio destitutus, capi vbique, & occidi etiam potest.
31 Non ne idipsum in de populatore agrorũ †constitutum, & disertore militiæ l 1,C.quan.l sine iudi.se vindi. sed alii facinorosi plerique quibus mors solatium vita labor & calamitas sit:quorum non minorem delicta postulēt, pœnam quam a Farinacio & antecessoribus nostris excepta.
32 Rursus neque illà opinio† aliquo iure probatur,nec tex. in cap.si diligenti. de fo. comp. a Farina.adductus adduci meruit:nō enim in hac specie priuatorum consensu iurisdictio tribuitur. sed a lege ipsa & iure cōmuni. ne delicta impunita remaneant,& ex l.congruit.de offi.pręsid.Nam & ob hanc ipsam rationem id creba fatetur (vt superius dixi)opinio in assassino,preditorio,homicida,hæretico ratore, & al is quibusdam. Quod si lex & ius commune hoc statuere in illis potuit casibus ob criminũ atrocitatēid ipsũ ius in his,quæ a me memorata fuere, criminibus idē disposuisse cēsetur:etsi alia sint,ratione illa,ne crimina impunita remaneat, ius idem statuendum.
33 In pœnalibus † enim & odiosis,cum de interesse agitur reipublicæ protēdere dispositionem licet, vt puniantur crimina,& mali male multentur. Quinimo interpreta
34 tio tunc † fauore tota referta est,vti pulchre post Bar. Crauet. & alios opinatur Camil. Galin. in commen.de verbor. signif.lib.7.cap.8. a nu. 1.2.& sequentibus. Ex his nō iure quispiam incompetentes dixerit iudices, qui in scelestes vbique repertos sœuiunt, quos ius ipsum competentes effecit. Nonne in superipribus exceptis ab his. qui contrariam tenuere criminibus competentes sunt omnes orbis, magistratus, quibus igitur ius in his potestatem tribuit & iurisdictionem, & in ceteris grauioribus,vtique ideo non admodum curanda. Quæ Peguere

sua

sua deci. 83. n. 2. 3. & 4. post Farina. d. rub. de inquisi. quæst. 7. num. 2. (a quo illa mutuauit) admonuit, quæ probari non debent.

35 Enim vero † opinio sic interpretanda nostra, vt liceat delinquentem iudicibus capere: quibuscuuque extra domicilium, originem, & locum delicti dum crimen patratum ex his sit, cuius pœna a iure fuerit communi imposita scilicet vt crimen non proprium (vti in multis contingit prouincijs, quę ex ipsarum legibus priuata habeant crimina iure Romano ignota: sed quæ aliorũ eodẽ albo criminum adscrita: si enim proprium patriæ crimen foret nõ alibi delinquens capi vel coherceri posset, sicuti con-
36 tingit † cum executio instatur ab vno ad alterius patrie iudicem, sententia requisitoriis litteris, vt iure lata communi exequẽda sit, vbi ex propriis patriæ statutis, vel legibus municipalibus minime, sicut relatis multis crebrã sequẽs
37 sententiã scripsi supra lib. 2. cap. 26. ad finem Declaranda † rursus vti scripsi cap. sequen. vbi iterum hanc excitaui controuersiam & cap. 43. Quare remissionem in criminalibus necessariam afore, vt vnus alterius auxilio iudicis in facinorosos animaduertat in comperto est. l. 1. in verbis litteræ ad magistratus dentur. de ser. fugit. l. fin. C. de his, qui latro. aut ali. l. omnes. vbi gl. de agrico. & censi. lib. 11. C. l. 1. de requir. reis. tex. pulcher. in §. siquis vero comprehensorum in aucten. vt nulli iudi.

38 Hæc † autem remissio non passim, & pro delectu faciẽda: sed causę demum cognitione præcedente gl in Clem. pastoralis verbo, de more, de re iud. quam secuti sunt Oldrad. Bal Areti. Cyril. Felin. Bossi. Dida. Cla. Rodolp, Conrad. Bona. & Mar. quorum asseuerat receptissimam aduersus Anto. Gomes. Farina. d. q. 7. nu. 35. sequitur his non adductis Ludo. Pegue. decis. nostri senatus 66. nu. 38.

39 Sed illud notatu † dignum Farina. animaduertit supra nu. 35. versi. bene verum, cognitionem hanc non a requi

ſito i udice fieri, qui inferior ſit & parere teneatur: ſed ab eodem deprecante remiſsionem, vt delicti admiſsi crimē cauſam, & locum patrati criminis ſuis manifeſtius exaret
40 litteris, & iudici oblatis requiſito facile concedat, & criminis admiſsi auctorem dimittat, ſigillo etiam ſculptæ littere dimitti ſolent eiuſdem curiæ, ne illius prædefectu falſe & præter ſolitum ordinē conſcriptæ videantur, quēadmodum in ciuilibus cap. 22. annotaui lib. 2. & de hi Pegue. deciſ. 66. nu. 1. & 2. Verum † nec Cla. Dida. Caſ-
41 ſa. & Farina. opinio placet, qui dixerint cauſæ cognitionem, quam in remittendis facinoroſis exequirunt iura, nō a remittente fieri iudice, qui executor ſit, & parere teneatur: ſed ab eadem remiſsione poſtulante, qui ſuperior ſit, cuique hoc incumbit inueſtigare an reus ille delictum admiſerit: etſi Dida. d. c. 11. num. 8. ſimul & Iul. Clar. & poſt eos Farina. dixerint praxim hanc amplexari, Clar. in prac. crim. §. fin. q. 38. num. 19. Farina. num. 35. ad finem d. q. 7. aduerſatur ſane praxis Panor. Anto. & Felin. traditioni, quos idem retulit Dida. Neque quid † praxis induxerit iudicum: ſed quid iure obſeruandum ſpectari debet.
42 Quod ſæpius iudices vel blandiciis, amore, ſæpius pigritia & ignauia ea prætermittant, quæ iuris præceptis religioſe cuſtodienda ſunt. Et quis non † videat maius in criminalibus: quam ciuilibus periculum verſari, hic de perſona,
43 cuius damnum irreparabile eſt: cautius igitur agendum cap. vti periculum de electi. atqui in ciuilibus remiſsione poſtulata cauſæ cognitionem requiſitus interponit: qui-
34 nimo niſi † citata parte, nec alias executio fit. Incircunſpecti enim, & in periti foret iudicis inconſulto executionem decernere, quod præcipitatio ſit iuſtitiæ nouerca Quemadmodum lib. tradidi 2. c. 22. poſt Panor.
44 Anchar Felin. & Rebuf.
45 Sic & vbi † ſeculare imploratur brachium cognitio non a poſtulante: ſed poſtulato fieri ſolet, Inno. Petri. An-

char. Castr. Felin. Calca. Bellu. Azpil. Segu. Iafred. Menoch. Redi. Pazi. Auiles. Salzed. & innumeri, quos conceruaui lib. 1. cap. 7. cur igitur in criminalib. id ipsum fieri non debeat, vti in ciuilibus & brachij secularis deprecatione profecto non viderim † Nec quod Dida. ex Bart. infert aduersatur: non enim Bart. negat traditio:
46 non remittentem cognoscere summatim posse, vt remittat: sed vt diffiniat & iudicet: id enim remittenti prohibitum est, sicut executor merus quandoque cognoscit, vt idem ipse iudex requisitus, non vt diffiniat: sed vt ad eundem reiiciat requirente quemadmodum oblonga indagine supra lib. 2. cap. 38. aperto probatur tex. in cap. fin. de priuil. vt cum exemptum remittere non liceat: sic nec iudicare, ratione reddit: quia sicut in iudicando cognitio causæ sic in remittendo necessaria sit.

47 Et quoniam † summopere orbi & vrbibus interest remissionem fieri vbi delinquerent delinquentium, his quas post alias supra rationibus scripsi subsequitur, vt quod in foro interiori minime vindicent, non illius confitentis sacramentali confessione delictum aliquod apud parochum proprium, remissionem fieri debere ad eum in cuius parochia delinquit, vt illic confiteatur, & poenitentiam consequatur non enim forum sortitur in foro conscientiæ delinquens, vt vi criminis admissi vbi deliquit confiteri teneatur, quemadmodum glo. summa prius docuit in cap. placuit in 1. 16. quęst. 1. Panor. & Anna. in cap. 1. de rapto. Anchar. in cap. postulasti. nu. 15. de foro compet. Alciat. in cap. fin nu 7. & cap. eum contingat num. 20. de fo. compe. idem Panor. Roman. Curti. & alij quos secutus est Dida. d. cap. 11. num. 4. vers. primum si præcitatæ rationes oportet enim (ait Dida.) parochum proprias cognoscere oues, quarum cura, regimen, solicitudo, his data sit propriis sacerdotibus in cuius sedem habeant, parochia incolę.

Non

Non enim nisi de satisfactione agitur iniurię in foro interiori, deo illatę, atquæ ideo non ad alienum remissio facienda sacerdotem vt absoluat & medeatur.

48 Contrariam † tenuere opinionem Paluda. inter eos, qui diuina tractarunt non minimi nominis auctor post Hosti. quos Dida. vel ex eo confutauit, quod minime subditus alterius dicatur, qui in illius delinquit parochia. Eum autem subditum proprie dicimus, qui incola sit, glo. in verbo subditos in Clem. 1. de fo. compe. quam post Panor. alij multi secuti fuere, quos idem Dida. illic recensuit probat Clar. in §. fi. q. 38. nu. 5.

49 Verum † hæc etsi communis opinio inficiari potest, quæ nullo iure probetur: et si enim † cõfessio propria fieri parocho debeat cap. omnes vtriusque de poen & remiss. innouato c. 8. sessio. 14. consi. Triden. vt parochus
50 proprius sit delicti admissi iure potest affirmari. Nam †
51 & idipsum sacrum statuit consilium confessionem sacramentalem verę proprięque actum esse iudicialem cap. 9. sessio. 14. illis verbis, si quis dixerit absolutionem sacramẽtalem sacerdotis non esse actum iudicialem. sed nudum ministerium pronunciandi, &c. anathema sit actus igitur iudicialis cum sit de eo ad alios non absurda argumentatu est iudiciales: sane cum in iudicialibus remissiones fiãt delinquentium ad locum delicti idipsum in hoc iudiciali confessionis fateri oportet.

52 Neque † quicquam facit eum proprię subditum, qui subditus sit domicilio: id enim, etsi verum sit, plerumque tamen & ex causa subditus, is magis, qui delicto se alienæ Potestati subiecit: vnde ad eum ab his qui domicilio præsint remissio fit delinquentis, hinc delinquentis forus alterum superat domicilii, qui parere teneatur, & dimittere: sed neque officit non nunc nisi de iniuria agi deo illata nam &

ſæpius ex qualitate delicti in foro conſcientiæ: non Deo tantum ſed parti iniuria, bonis & pecunia reſarcięda, reg. non dimittitur peccatum: niſi reſtituatur ablatum. Et cum ex qualitate delicti iniuriam reficere oporteat: male cõfeſſor domicilii, cum ex multis coniicienda ſit, quæ niſi in loco delicti dignoſci poſſunt illius poterit æſtimationem iniuriæ arbitrari, quę parentibus, filiis conſanguineis plerumque, atque ipſorum qualitate debeat compenſari. Et,
53 † proprius parochus aliquando vnus & alter eſſe poſsit vti in matrimonio contrahendo cap. 1. de reforma. ſeſsi. 24 nam & proprium parochum viri vel mulieris, ſi ex aliena ſit quiſq. parochia, eum intellexit ſacer Cardinalium cœtus qui vel mulieris ſit, aut viri, ſcripſi tract. de ri. nup. & pact. in matri. conuen lib. 2. nume. 88. niſi hæc in foro exteriori, non animæ vindicare dixeris In quibus aſſertioni confitentis ſtandum, quod ſi ſe ipſum & delicti attocitatem circunſtantiasque omnes minus recte patefecerit ſacerdoti ſibi, non alteri imputet. Hæc vero Theologis & ſacroſanctę eccleſię Romane iudicio relinquimus omnia Proprium † autem ſacerdotem & parochũ
54 Epiſcopum dicimus ſacerdotem, & prouincię legatum, illius etiam pœnitentiarium, vicarium epiſcopi generalem & archipresbyterum cathedralis, glo. vbi omnes in c. 2. in verbo ſubdito ſuo de pœniten. & remiſio. in 6. Gutier. in can. quęſti. lib. 1. cap. 27. nu. 24.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio ab eo tantum fit iudicę, qui in reum iuriſdictionem habeat.*

2 *Farina opinio.*

3 *C. 1. de priuil. in 6. declaratur.*
4 *Dida. solutio.*
5 *Auctoris solutio.*
6 *Iudex plerunque qui iurisdictione caret, ad alium remittit.*
7 *Auctoris opinio aduersus omnes.*
8 *Iudices quicũq. & vbicũq. in scelestes animaduertere debẽt.*
9 *Ioseph. Ludoui. consideratio.*

REMISSIO AN A QVOcunque fieri iudice posit, & Dida. opinio aduersus communẽ probata.

CAP. XXXXI.

1 MVltos † in hanc cõuenisse viderim sententiam, nõ remisionẽ a quouis fieri posse iudice: sed eo tantum, qui in scelestem, quem dimittit iurisdictionem habeat. Proinde vel originis domicilij, vel loci delicto admisi remisio iudicis fiet, non ab alijs Anto. de Bart. in cap. fi. nu. 10. de fi. comp. vbi. Aretin & Felin. nu. 9. Dixit communem Bosi. in pract. crimina. tit. de fo. comp. nu. 52. Hercul. in l. a diuo Pio. §. 1. n. 14. de re. iud. Grãma. qui alios recensuit cons. 27. nu. 6. & post. Bal. Hercul. & Gramma decis. Pegue huius senatus 66. nu. 19. ad medium & præter eos Farina. in qq. crim. tit. de inquisi. quæst. 7. nu. 27. Clar. vbi Baiar. in §. fin. q. 38. nu. 22. Viui intet communes opinio. litte. 1. verbo, iudex domicilij. Eã dem sententiam idem Farina. amplexatur eadem quest. 7. n. 7. ad finẽ vbi de delinquente non remittendo ab alieno iudice: quam domicilij delecti, vel originis, hæc verba scripta reliquit: † Melius dices quod debet eijci de loco,

 vbi

vbi fuit captus & libere dimitti pro vt ſepiſsime ſenatum Mediolani iudicaſſe teſtatur Clar. d. verſ. tu ſcis. infra. Et his addiderim Bart. Ange. Aretin. Marſil. Roland. Pariſi. Scrilatin. Nouel. Villal. Alex. Felin. Alciat. Herculan: Alfan. & Clar. quos cum recenſuit probat Burſat. conſ. 77. num. 2. & 3. lib. 1. Noni. conſil. 98. a nu. 1. † vno innititur opinio hec tantorum reſponſo Romani Pontif. in
3 cap. 1. de priuilegi. in 6. vt cum in exemptos loci delicti iudex, & qui iuriſdictioni præeſt animaduerſione careat ſicut, recte de eo cognoſcere nec remittere poterit. remiſſio igitur qualē qualē poſtulat iuriſdictionē. Huic tex. †
4 reſpondit Dida. d. c. 11. nu. 6. dupliciter, illius minime referam ſolutiones, etſi non inconcinæ videantur. Verum † ipſe familiariter & clare reſponderim tex. in exemptis loqui in quos iudex delicti iuriſdictionem non habeat proin nec remittere, ſicut nec cognoſcere poſsit, noſtra quæſtio in non exemptis delinquentibus. Atſi dixeris exem-
5 ptos & eos videri, qui alibi ſe ſe recipientes extra locum domicilij, originis vel delicti admiſsi degant, cum niſi his tribus ſubditus quiſquam iure appelletur ad ea, quæ ſuperiori capite in verſic. Hinc illud conſequenter docuere
6 interpretes, &c. idipſe negauerim. diuerſa † enim ratio eſt: nam & qui grauiorem nequit audire cauſam iudex ad ſuum remittere iudicem poteſt actorem §. audient in aucten. de defenſo. ciuita. remitit itaque ſępius & is, qui iuriſdictione caret, & cognoſcere non poteſt, vt non immerito Panor. num. 16. & Calderi. in d. cap. fin. de fo. compe. contrariam docuerint opinionem Socin. in d. cap. poſtulaſti num. 14. eodem illo. Iado. Danihode. in pract. cap. 33. num. 6 Dida. d. cap. 11. num. 6. quę-
7 que veriſsima opinio eſt: † etſi mea licet noua quicquam poteſt ſententia, vt in quouis loco delinquentes quique grauiora patrarunt puniri poſsint, ne delicta remaneant impu-

impunita, ſicuti cap. ſuperiori ſcripſi in verſ. ſane ego ſi hanc communem omnium, &c. omni caret opinio Di-
8 da. & Panor. dubitatione, quod vbique † iudices in ſceleſtiſsimos, & grauiora patrantes iuriſdictionem a lege & iure communi fuerint conſecuti. Quod inibi latius explicaui.

Et nunc addidero, vel ex eiſdem verbis Farina. & Clari, qui alteram tenuere ſententiam ſe ipſos & ſuam confutari opinionem. Nonne ij voluere huiuſmodi facinoroſos ab vrbibus & locis, vbi degunt deijciendos fore quomodo relegatio hęc bannum (vt noſtri aiunt) fiet? non ne iudicum iuriſdictione & auctoritate alioquin iniuſta & tyrannide referta, expulſio foret. Iuriſdictione igitur ad cognoſcendum. licet careant, vt expellant: tamen & relegent habent. Notorius proditor & homicida, cui nec eccleſia ſubterfugio eſt, quemadmodum & Farina. fatetur, & dixi cap. ſuperiori, vbique capi & multari poteſt, quod omnes in eum iuriſdictionem habeant, dixi dicto cap. & nunc id ipſum latiſſime videro reſpondiſſe Plot. inter conſi. crim. lib. 1. conſil. 133. Ioſeph. Ludou. deciſio. Luca. 16. ad finem 1. par. cur. non in alijs nefandis criminibus, quorum auctoribus, nec eccleſia receptui eſt?

Non itaque dubitauerim Panor. & Dida. veram eſſe opinionem. At quod dolens dixerim? cum tot orbem & vrbes mala inuadant & diſcrucient. cur non omnes in hanc conueniunt ſententiam, cum non ſocius a ſocio: non hoſpes ab hoſpite tutus. Romæ vbi anno interfui poſt Italiam peragratam innumera, die & nocte homicidia patrari vidi apud Italiam totam: in Gallijs frequentiſſima: in Hiſpania Citeriori, Cathalonia præcipue noſtra alioquin fœcūdiſſima regione, quam vel obid dixerim infœlicem, numeroſa. Et † quis
9 non videat vti Ioſeph. Ludouic. animaduertit facile

scelestibus fore deprædari, occidere, in aliena irruere, cũ post delicta alibi & altero se loco recipiant, & quibus ecclesia refugium non sit, alienum prosit territorium. Deflendum sane malum: ex his enim scelestes, capta occasione, audaciores fiunt, quod vel capi, aut multari male nõ posse sciant. Deficere igitur ius potest ad animaduertendum in facinorosos, absit, vt impium hoc dogma fateamur: cum iustitia iusti sit, & iniusti scientia, neque ius deficere posit etsi quandoque probatio, l. duo sunt de testa. tutel. bono namque congruit præsidi in facinorosos animaduertere, vt pacatæ prouinciæ subsistant l. congruit de offi. præsi. Sed & debitores nostros: non ne vbique persequi possumus: cur non idipsum incriminalibus, in quibus delinquentes grauiter saltim, & offenso debitores sint & reipub. demum?

SVMMARIVM.

1 *Interpretum nostrorum opiniones contrariæ.*
2 *Auctoris opinio.*
3 *Iudex territorij, vbi commissum fuit delictum, an requirere posit iudices originis, vel domicilij, qui parte instante cognoscere cœperunt de crimine.*
4 *Iudex domicilij vel originis, qui cognoscere cœpit de crimine sine accusatione, vel inquisitione sola non tenentur remittere.*
5 *Auctoris opinio aduersus communem.*
6 *Forus, vbi delictum fuit admissum in criminalibus præualet foro domicilij vel originis.*
7 *Accusatio fortior inquisitione.*
8 *Inquisitio, quando remedium ordinarium.*
9 *Remedium ordinarium & extraordinarium, vti concurrunt, præualet ordinarium.*

Delicta

10 Delictorum cohertio ad publicam pertinet vindictam.

11 Accusatori iniuria infertur, si delinquens ad locum delicti non remittitur.

12 Iudex domicilij vel originis, non recte instruere criminalẽ processum potest.

13 Iudici loci, vbi delictum admissum, alios parere iudices oportet.

14 Iudices domicilij vel originis tum recte de crimine, alibi cõmisso cognoscunt, cum iudex loci, vbi delictum admissum est, negligens foret.

15 Iudices originis vel domicilij post latam ab eis sententiam non tenentur remittere.

16 Dida. opinio contra communem.

17 Dida. consideratio.

18 Auctoris opinio.

19 Execucionem in criminalibus differri periculosum.

20 Iudices originis vel domicilij, litteris requisitorijs iudicis, vbi delictum patratum est obedire non tenentur, cum is sub alieno principe degit.

21 Iudices, qui vno obtemperant principi remissiones custodire & eorum iura tenentur.

22 Iudices diuersorum regnorum, qui tamẽ vni obediunt principi an remissionum custodire iura teneantur.

DOMICILII VEL ORIginis iudex an de delicto extra territorium commisso cognoscere possint, an ve loci delicti iudici remittere, grauis controuersia.

CAP. XXXXII.

1 N † duas sese gregatim, interpretes nostri receperunt opiniones, an domicilij, vel originis iudex delictũ alibi admissũ exquirere, persequi, & extricare possit, vt delinquẽtẽ coherceat & puniat. Opinati sunt multi posse ad vsq. quadraginta fere, quos reccasuit Farina. in qq. crim. q. 7. de inquisitio. nu. 20. to. 1. & horũ Bart. primipilarius est, & dux in l. cũctos populos, vbi Bal. & Sali. C. de sum. trim. & fi. catho. post glos. in l. relegatorum §. interdicere. ff. de inter. & relega. & nouissime Pegue. in decis. huius senatus cap. 87. n. 6. & 7. Alii. in negantem abeuntes sententiam, non id posse iudicem domicilij vel originis affirmant. & horum signifer Specula. est ad Io. And. tit. de additio. iud. compe. §. 1. quem fere quinquaginta secuti a Farin. adducti, id ipsum docuere. decisam fuisse apud senatus plerosque modo vnam & alterã post sententiam, omnes norint: scaturiunt enim & pullulãt contrariæ decisiones. Ego hunc articulum vti foecunde, & plusquam par sit ab omnibus tractatum non vltra exagitabo, quod tot tantorumque traditiones denuo euoluere, & suscitare, vel nauseam possit prouocare. Quę igitur instituto tantũ tractionis pertinebunt nostræ, breuiter enarrabo. Dubitari nusquam † posse scio originis & domicilij
2 iudicem de delictis subditi alibi patratis cognoscere & inquirere, ne delicta impunita remaneant, & quod plerũq. iudices loci, vbi crimen patratũ subterfugere cognitionẽ, precibus, vel pretio possint, & cum vel originis & domicilii iudex sit illi legitimus, qui delictum commisit, ipsis á lege concessam iurisdictionem auferre audaciæ, primum: tũ iniustiæ tribuendum videatur.

Verum aliqui casus conijci poterunt, inquibus etsi aliqui dissentiant: plures tamen cõueniunt, primus, vbi iudex domicilij, vel originis parte instante cognosceret: id enim omnium placito comparatum, Alberi. Roland. Did. Clar. Boer. Gandi. Diaz. Bossi. Conrad. Nonius. Cras. & Forlcri.

quos

quos sequitur Farin.d.q.7.num.22.& quos canonistarum & legistarum, simul scholam sequi inibi ex alijs scripsit. Et Pegue.decisio.87.nu.6.& his addendus Schap.in commen.de iu.no.scrip.lib 5.c.7.nu.10.

3 Ex hac † altera digreditur traditio, an petente loci iudice, vbi patratũ fuit delictũ, remissioné, originis vel domicilij, iudici qui accusãte parte coguouit remittere teneatur Quidam remittendum esse voluerunt: pauci tamen alij contra, vt puniatur in eo loco delinquens, vbi pars accusationem instituit. cum enim ex se ipso iurisdictioné habeat domicilij iudex, & originis aduersus delinquẽtes in alieno territorio, l. seculari. §. sunt quidam. ff. de va. & extra cognitio cap. fin de fo.comp. glo. in l. 1. & 2. C. vbi de crimi.agi. opor.ca.ex parte. c. dilecti. cap. cum contingat. de fo. compe. cap. cum uullus de tem.ordina. Quis dubitet posse cognoscere & punire. atque ideo remissionem petenti iudici loci delicti iuste denegare, cum & ipsis incumbat prouinciam suam malis purgare hominibus in eos animaduertendo, l. congruit. de offi. præsid. crebuis receptam, neque ab ea recedendum multis adductis dixit Farina. d. q. 7. num. 23. siue † accusatione
4 actum sit: siue inquisitione tantum parte minime instãte
5 aduersus Anto. Gomes. & Dida. † quod certe, durum est, & multis conuinci contrarium potest, primo vbi concurrunt domicilij forus originis, & delicti admissi, prævalet † forus delicti ceteris, superat ipsos, quasi hic vere
6 forus proprie: ille improprie videatur: sic Cyril. & alii, quos idem sequitur Farina.d.q.7.de inquisitio num. 1.ad med. Pegue. decis.87. numero 7. neque vllus abnegauit. sane cum accusatione instata a parte, non remissioni sit locus, vt supra. Neque etiam inquisitione, vti Farina. & alii, quidã illo priores voluere & tota remissionum delinquentium materia subducenda. Neque enim vnquam peti remissio poterit nisi paucissimis quibusdam casibus,

casibus, quod a iurium & interpretum omnium mente alienum esse crediderim.

7 Secundo † Accusatio fortior inquisitione est, & inquisitio cessat accusatione instituta: hoc remedium ordinariũ extraordinarium illa: quanquam † vbi deficit accusator,
8 & remedium dicatur ordinarium. Idem Farina. rub. de accusa. q. 12. a nu. 1. to. 1. † at vbi concurrit ordiuarium &
9 extraordinarium, prȩualet ordinarium l. in caussæ. cum vulga ff. de minori. remissio igitur a iudicibus inquisitionis ad accusationis iudicem, vbi delictum fuit admissum iure fieri debet, ne extraordinarium ordinario præualere diximus remedio.

10 Tertio, † delicti patrati cohercio, & multa ad publicã pertinet vindictam, vt eo in loco puniatur in quo deliquerũt, quemadmodum animaduerti in tribus illis a me, post alios rationibus traditis c. 40. post princip. Quæ sane ratio nõ nisi indicibus his, in quorũ territorio delicta patrata fuere, & quibus iniuria illata est, simul & reipublicæ adiungi. potest. Quod si ad iudices domicilij vel originis rationem hanc protendas: quod etiam intersit iudicibus his subditos modestos fore, & bonos, vt pacata malis hominibus prouincia sit, id non principaliter. sed in consequentiam, & veluti accessorie considerandum, vt ex rationibus illis tribus manifestius coniicitur.

11 Quarto † summa fieret iniuria accusatori, qui in loco delicti accusationem instruit, si alibi reus captus, minime remitteretur, quod accusatio vel ob maiorem probationis copiam, quæ in loco delicti admissi facilius reperitur, siue quod iure iubente illic executio poenæ fieri debeat, vbi patratum delictum sit.

12 Quinto † loci originis vel domicilii iudex, etsi inquisitione prȩuenerit, non tam presse instruit, sicut accusator in loco delicti, vbi vberior probatio suppeditare solet, &
13 generaliter † iura prodidere remissionem ad delicti iudicem

cem pertinere,punireque alios domicilij & originis compelli c. 1. de rapto. Clem. pastoralis. de re iud § si quis vero compræhensorum in auct en. vt nulli iud l. si cui §. fin. l. fi. ff. de accusati gl. & omnes in l. a diuo. Pio. §. sententiam. de re iud. ceteri in c. fin. de fo. comp. que iura indiscriminatim loquentia ad paucissimos,& vix nullos restringere casus absurdum certe videretur: sed & multis alijs cō fultari illa opinio posset.

12 Conueniunt † itidem multi tunc originis & domicilij iudicem inquirere, punireque posse reum delicti, cum delicti admissi iudex ignauus & necligens, & siue aut pretio dixeris ductum delicti processum nullum instruxit Sane eo in casu originis & domicilij recte inquirent, punient & multabunt, ne delicta impunita remaneant. Summum piaculum ea prætermittere, quæ iniuste ab altero omissa iudice in grauissimum æternæ salutis Dei max. & reipub. dispendium acta minimæ fuere. Et in hanc concē dunt fere omnes opinionem,& Farina. ipse d. q. 7. nu. 23. ad finem.

13 Maior † vero contentio est, an præuentione cognitionis delicti iudice domicilij vel originis facta, quo in casu (vt mea fert, post multos opinio) vt superius dixi remissionem fieri debere ad iudicem loci delicti, nunquid post latam sententiam id facere compellatur, vt ibidem executio fiat sententiæ, vbi delinquerunt: huius sententiæ assertores fuere Alex. Fulgo. Imo & Bossi. titu. de fo. comp. nu. 48. ex generali illa ratione, quam nunc prędixi, vt ibi delin-
14 quentes puniantur, in quo delinquerunt loco. Dida. autē † in d. c. 11. nu. 6. ad finem minime assentit,& potius se in delteriorem abire senteniiam velle scribit, quam Alex. & Fugo, probare opinionem, vt scilicet remissio fiat ante sentēriam post præuentionem inchoatā iudicis loci delicti eo petente, & eodem modo post sententiam præsertim vbi suspicio subesset, non satis æque,& pro criminis culpa de-

lin-

linquentem a iudice proprij domicilij punitum esse, aut
17 puniendum fore subdit idem † Dida. quod si ad petitionē legitimi accusatoris, iudex domicilij cœpisset de crimine tractare, sibi admodum placet præuentionem istam sufficientem esse, vt nullo modo remissio fiat. Probat Dida. opinionem Farin nu.24.d.q.7 post Salice. Bal. Anna. Afflic. Felin. Gramma. quos illic recensuit Bajard. ad Clar. q. 38. nu.62. Verum non vllam Dida. aut Farina rationem opinionis suæ reddiderunt, cum iura remissionem fieri indiscriminatim vellint, & generaliter loquendo vtriusque casum comprehendunt non latæ & latæ sententiæ: tum quod ratio illa finalis. vt ibi coherceantur scelestes, quo in loco delinquerunt. sic vindicat post sententiam vt antea. Neque Gram. id expresim affirmat, vti Farina. eum adducit.

18 Verum † mihi probabilis opinio est. quoniam, vbi lata sententia est, res desijt esse integra, & nihil amplius: quam nuda executio superest, quam differri † in criminalibus pe
19 riculosum est, l. cum reis, C. de pœn. Clar. in §. fin. q. 96. a nu. 1. atque ideo facile contingeret (quod nō semel) vt sententiam passum & condemnatum, si remittēdus foret, amici, & consanguinei eriperent, subducerent in via, & liberare possent. Rursus & nulla fit iniuria iudici loci delicti, qui cum præuenire cognitionem posset, desijt, suæ igitur sibi imputet ignauiæ, & desidiæ. Et licet iura generaliter edide rint, remisionem ad locum delicti fieri debere: restringi tamen ex causa possunt, ne absurdum sequatur, arg. l. nam absurdum. cum vulg. de ope. liber.

20 Alterum recensent interpretes casum, cum iudex originis, vel domicililij, & requirens loci delicti, diuersorum parent imperio regum vel principum, non tunc fieri remissionem, plerique putauerunt. quod vnusquisque suam &
21 regis iurisdictionem tueatur † conuerso ordine: etsi diuersi iudices, qui vno obtemperent principi remisionem iu-

ſte poſtulari, veluti ex Conra. Cepol Garrat. Laure. de Rodol. Iul. Clar. & Boſsi ſcriptum reliquit Farin. d. q. 7. nu. 25. ad finem, Pegue. d. deciſi. 66 nu. 7. med. verſ. nihilominus tamen, licet ille in ſpecie ab eo propoſita contrarium iudicarit.

22 Quid autem † cũ diuerſa ſunt regna: ſed vno parẽt principi, & regna vnius nomine coronæ Aragonum continentua, qualia tria hæc, Aragonia, Cathalonia, Valentia, quæ antiquitus vno Iberiæ nomine appellata erant, & apud vetuſtiores Tarraconenſis Hiſpania dicta Celtiberia ſæpius: an in his remiſsio detur, & ſeſe auxiliari mutuo præſides prouinciarum, illorumque debeant ſenatus. Hęc quæſtio illa, quam diffinit Peguera d. deciſ. 66.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio delinquentum improba conſuetudine ſublata.*
2 *Remiſsiones a iudicibus, qui ſub diuerſis degunt principibus denegatur.*
3 *Remiſsiones fiunt a iudicibus ſub eodem rege vel principe degentibus.*
4 *Iudices diuerſarum prouinciarum etſi ſub vno militent rege, remiſsiones denegant.*
5 *Prouinciæ ſingulæ ſuas retinent conſuetudines.*
6 *Prouinciæ vnitæ fœdere, nequeunt punire facinoroſos delinquentes in alieno etſi confæderate.*
7 *Iudices, in cuius territorio non delinquerunt ſceleſtes, an remittere ſuis poſsint iudicibus vel eos inpunitos relinquere.*
8 *Farina. opinio & aliorum reiecta.*
9 *Delicta nequeũt puniri niſi in loco delicti, originis vel domicilij,*
10 *Opinio communis, fallacia communis.*
11 *Iudex animaduertere nequit in eum, in quẽ nullam habet iuriſdictionem.*
12 *Iudex cauſæ præparantis eſt iudex cauſæ præparate.*

Fari-

13 *Farina. obiectum & solutio.*
14 *Accusatione data reus criminis vbique coherceri potest.*
15 *Iniuriæ inde naci non debent, vnde iura nascuntur.*
16 *Iudex vbi sola inquisitione agitur, an possit reos punire. sibi non subditos.*
17 *Auctoris opinio aduersus communem.*
18 *Lex iusta, qualis ferri deberet in commitijs.*
19 *Iudices sine inquisitione punire facinorosos alienæ iurisdictionis possunt, ac si accusatione ageretur.*
20 *Accusari grauia delicta vbique possunt.*
21 *Prouinciam pacatam malis habere hominibus interest.*
22 *Regibus remissiones quomodocunque licitæ.*
23 *Clari verba horrenda.*
24 *Cautela Clar. qua bannitos instruit.*
25 *Remissiones a maiori ad minorem non fiunt iudicem.*
26 *Remissiones a regijs tribunalibus ad alios inferiores principes & barones non fieri.*

CONSVETVDINE REmissiones sublate, & quid tunc in delinquente fieri oporteat, qui remitti debuit pulchra annotantur.

CAP. XXXXIII.

1 Oribus & † improbabissima hominum & regionum consuetudine remissiones fieri minime solent, Cyn. Bart. Bal. Alex. Panor. Afflic. Bellon. Marsil. Riminal. Fulgo. Gramma. Berous,

rous, quos seriatim & alios recensuit Clar. vbi & Baiar. ad eum, in §. fin. q. 38. versi. sed certe. Bonacos. & Farina. q. 7. nume. 28. titu. de inquisitio. Pegue. decisio. 66. nume. 5. deci. 8. a nume. 1. vbi plurima ptofert exem-
2 pla: Temperant † tamen interpretes cum iudices sub diuersis degentes principibus remissiones denegant, vt id possint, si sub eodem rege vel principe parere tunc & remittere cogerentur §. si quis vero comprehensorum, in aucten vt nul. iudi. Aucten. si vero criminis. C. ad l. Iul.
3 de adul. & sicuti † consuetudo sub diuersis principibus, remissiones improbauit conuerso ordine: cum sub eodem principe probatis moribus recipiuntur, vti Conrad. dixit in practi. titu. de inquisiton. num. 13. 8. limita. Gara. Lauren. Clar. & Bossi. quos memorat idem Farina. d. q. 7. num. 25. ad finem, Pegue. d. decision. 66. num. 2. 3. 4. Scaph. d ca. 8. num. 5. vbi plerosque de consuetudine ad fert testantes.

4 Id ipsum Pegue. † scripsit d. decis. vbi magistratus & iudices, etsi sub eodé principe diuersis regnis, separatisque legibus tenerentur. & viuerent, veluti in his tribus Hispani Citerioris, Cathaloniæ, Aragoniæ Valentię regnis, quod regna hæc, etsi vni pareant catholico regi, & vni coronæ vnita Aragonum: non tameu vno simul adquisita titulo
5 ab antecessoribus fuere, retinuerũt † singula. mores suos & leges. Aque ideo idipsum iudicandum, sicuti diuersorum forent regum vt ille inibi latius. potuisset adducere tex. qui palam hanc probat sententiam in c. ad apostolicæ, verbis, omnes amicos. & adhærentes in pace ponere. de sente. &
6 re iud. in 6. a quo Gemi. ibi. Panor. † in c. 1. de post. pręla, hoc prodiderũt: anxiomma nusquã vnitis prouincijs vel vrbibus sola vnione foederatis ius fore animaduertendi vel multandi reos in aliena delinquentes, nisi expressa cõ uentione idipsum vrbes, vel prouinciæ pepigissent, l. non dubito, secundum Bart. intellectum & nostrum etsi nouũ,

O ff. de

ff.de cap.& post reuera dixi supra.cap.21.
7 Magna autem dubitatio hæc,an vbi non remissio datur, quod vel sub diuersis degant principibus,magistratus,vel sub eodem principe:diuersis tamen regnis,qualia innumera Deus max. Hispaniarum regibus subiecit,nunquid impunitum relaxare reum criminis possint uel remittere. Cuius quæstionis,quam vtinam diuina adiutus ope recte resoluam , impias exterminando opiniones , orbi prius & xrbibus omnibus , & reipublicis infestissimas, furum, homicidarum,& improborum hominum adiutrices.
8 Duplex igitur † inspectio consideranda,prima vbi accusatione agitur , secunda vbi inquisitione sola , vbi accusatione ageretur existimauit Farinatu. d. titul. de inquisitio. num. 30. reum nec remitti, vel puniri posse: dimittendum autem , ac si inuocens foret , & minime delictum admisisset (impia opinio certe) sequentibus mouetur , quibus. me (quod Deus faueat , & iniustam persequar sententiam) nec male , aut absurde satisfaciam. Prima † delicta , inquit , puniri nequeunt alibi,
9 quam in domicilij , originis , vel delicti patrato loco : in hanc ipso assertore omnes cōcendunt opinionem , vti se dixisse scribit in principio 7. q. nume. 1. plane cum hæc vera , aqua nullus hucusque dissensit opinio sit, alteram falsam fateri oportet , vt accusante actore reum alibi non delinquens,remitti,aut puniri possit.
10 Verum ipse , qui non auctoribus. sed iuribus meam proferre sententiam soleo,libere hanc omnium traditionem communem forre fallaciam scripsi supra cap. 40. versi. sane ego. & iterum cap. 41. sequenti , & denuo nunc addiderim aliqua inferius , secundo Farina . non se dimoueri posse ait,vt contrariam credat veriorem auctoritatibus Calderi.Iasso.Boer. Gramma. Panorm. Aufred. Cur. nec Dida. qui contrariam fuerint tutati opinionem, quod probabilis , non necessaria illorum opinio sit
tum

tum & quia aduersus crebram illam opinionem loquan-
11 tur, qua creditum nullum † criminum reos iudicem puni
re posse, qui non in eos iurisdictionem habeat, cui ipse sup
12 petias ferens addidero † iudicem causæ præparantis fore
& propinatæ, l. ordinarij. vbi glo. & ceteri C. de iudi. cũ vul
ga. atqui qui non iudex sit rei criminis, nec remissionis
præparãtis pœnæ vindictã posit, minus multo præparatæ
cognitionis delicti & illius animaduersione. Sed hæc ratio
nostra confutatur opinione, quia iudices illos legitimos
esse affirmamus, vel vt remittant, aut cognoscant, ne deli-
cta remaneant impunita.

Subiungit Farina. non se dimoueri ratione illa ne de-
licta remaneant impunita. Quoniam non inquit absurdũ
hoc. non enim, deficit ius: sed iurisdictio: perbelle ego huic
13 respondi † refractario d. ca. 40. & 41. couerso ordine de-
ficere in hac ius specie, vbi vera opinio foret aduersantiũ.
Quod in hoc casu nullam iudicibus, iurisdictionem pręs-
cripsisset su inde voluisse (dictu horrendum) iura cri-
mina impueita remanere, Farina. Tertio respoudit Dida.
& quorundam argumentationi, qui de debitore argumen
tantes fugitiuo aiunt, posse illum vbicunque capi: male
enim (inquit) sermotiocinantur ad pœnam delicti: etsi
quoad satisfactionem iniuriæ ciuilis offenso debita, dam-
nis simul & interesse confiteri posit. Tandem concludit
aduersus Dida. neque in leuibus vel atrocioribus puniri
quemquam nisi a solo iudice posse. Pegue. decisio. 69. nu.
12, & sequen. cum Farinacium reticuisset, a quo ille hec
mutauerat: tandem opinionem probans. Dida. inter atro-
ciora, & leuiora distinguens, illius probat opinionem: cũ
temen aperte contrarium scripsisset & decidisset, decis. 2.
a nu. 4. & 5.

15 Contrariam itaque opinionem, vt posit accusante par
te, vbique reus crimidis sit capi & distringi, & magis mul-
to remitti, tenuere a Didac. adducti d. c. 11. nu. 10. practi.

 qq. Pa-

qq Panor. Calderi. Curti. Boeri. Ias. Gramma. & Baiar. ad Clar. d. q. 38. nu. 55. & 56. id ipse multis ostendi rationib. & iuribus d. c. 40. & 41. quibus nisi vnam de debitore fugitiuo, qui vbique capi posit non meam, sed illorum argumentationem augeam. Si debitor fugitiuus, qui nisi creditorem ledit, vbique distringi potest, quod in eo dixerimus reo criminis, qui occisum parentes, consanguineos, & rempulicam totam iniuria afficit? plane quæ iura his dedere cognitionem iudicibus, vt res restituãtur: magis multe, vbi aduersus facinorosos, & grauiter delinquentes iuste iustam accusatores petunt vindictam ne delicta remaneant impunita, dixi d. c. 40. & 41. & Baiar. animaduertit d. nu. 56. sed cum, & ibidem scripsi in multis iura casibus atrocioribus iurisdictionem quibusuis concesserint iudicibus, & in alijs similibus, idipsum præstitisse nullus dubitet: fauorabilis enim materia & extensio licita, ne delicta impunita remaneant, vt ex. Bart. Craue. & Gallin.
15 scripsi d. cap. 40. & 41. Quæ † igitur iura in multis, vbique locorum iudicibus iurisdictionem concessere, quos cap. illo 40. & 41. recensui, idipsum in alijs grauioribus fecisse credendum, ne dixerimus (quod certe iuste posset) inde iniurias nasci, vbi ñascuntur iura, id autem male audit l. meminerit, C. vnde vi. Vnde cum remisio fiat vbi alioqnin impunitum remaneret delictum, quemadmodum ex communi. Clar. resoluit d. q. 88. vers. est autem, neque Farina. aduersatur d. q. 7. num. 30. post principium id ipsum eadem ratione instituta vbique accusatione: & hec mihi vera videtur opinio, quam vti benignam & toto orbi vtilem posthac omnes amplexuros iudices crediderim.

16 Altera † inspectio, cum inquisitione agitur, hic difficilior casus, vti Farinac. animaduertit, ipsum ille apertum credi & decisum relinquit: etsi nihil de eo dixerit: qui cum in accusatione contrarium tenuerit: in inquisitione

ſitione veluti apertiſsima re, nec ſuam voluit ſententiam dicere. ſed & Pegue. d. deciſi. nihil de inquiſitione.

17 Ego autem, † etſi me falli, aut decipi poſse crediderim mentem tamen & optatiſsimam a me in bonum orbis, & diu deſideratam malorum ſtragem & impiorum multam, nec falli aut decipi poſſe exiſtimauero. Cum enim (vt comicus dicebat) licentia deteriores ſimus quis facinoroſis & ſceleſtiſsimis, niſi is fidei & mentis lumine orbatus fuerit, delinquẽdi tribuet occaſioné: quam ſceleſtes nanciſcuntur: cũ ſecuros ſe in vicinis videant vrbibus & prouincijs, vbi tandem & maiora poſt aggrediuntur. Quis nõ videt vrbem hanc Barchinonem ſceleſtiſsimis & facinoroſis Valentiæ & Aragoniæ refertam, Valentia, & Aragonia refugium malorum huius vrbis & prouinciæ

18 Cathaloniæ totæ, vt † iuſtiſsimam iudicauerim legem in primis fieri comitijs tribus, communem regnis deberi, quæ hæc decideret, certus ſum non tot tunc Cathaloniæ Valentiæ, & Aragoniæ mala contingere poſſe: quando proxima ſceleſtibus regna non ipſis ſubterfugio forent,

19 ſed vt interim meam ſententiam dicam, † quod de accuſatione exiſtimaui: id ipſum in inquiſitinne ſentio deficiẽte accuſatore: quoniam etſi inquiſitionis remedium extraordinarium ſit, l. reſcripto. §. ſi quis accuſatus, vbi glo. ff. de mune. & honori. cap. 1. de accuſa. hodie tamen vbi accuſatio deficit, remedium etiam ordinarium appellatur, ne delicta remaneant impunita: quam orbis totus conſuetudiné amplexatur. Alberi. Bal. Aretin. Ange. Fabe. Cuma. Vital. Gomeſi. Conrad. Clar. Monticul. Decian. quos me; morat, & ſequitur idem Farina. tit. de inquiſitio, p. 1 num. 30. 3, limitat.

20 Subſequitur †, vt cum accuſatio grauiorum vbique fieri poſſet & multa, id ipſum in inquiſitione, cum eadem

21 ratio ſit, Secundo † congruit bono præſidi prouinciam ini quis purgare, l. congruit. de offi. pręſi. & in eos animad-

O 3 uertere

uertere: est enim lues pestilẽtissima iniquorum habitatio qui veluti scabie & malorum infecti putredine inficiunt ceteros. Tertio delicta remanerent impunita: ne autẽ id cõtingat iura transgredi licet. Quarto remissio concedi solet quemadmodum Dida. ipse aliorum opinionem tutans. scripsi supra, d. c. 40. & 41. Quinto in accusatione idipsũ fatentur multi, quorum & Farina. idem communem fatetur opinionem, & nunc proxime dixi. Non nunc aliud in inquisitione opinor, quæ deficiente accusatione illius locõ subrogatur. Porro militant in hac specie, quę a me in d. c. 40 41. animaduersa fuere, Dixi, etsi aduersum omniũ sententiam qualemcunque iudicem in facinorosos iurisdictionem habere, ne delicta remaneãt impunita, vti multis probaui legibus & rationibus, vtque supraduersus Farina. dixi, non deficit ius nec iurisdictio, quę a lege descendit & iure l. 1. de iur. om. iud. quæq. iura in fugitiuum delatorem vbique repertum, & officialem ab officio segregatũ & alios, quos d. c. 40. & 41. recensui iurisdictionem quibuscunque concessere iudicibus, & in hac specie, quod hoc fauore, ne delicta remaneant impunita, licet legis dispositionem protendere etsi alioquin. odiosam, dixi. dicto c. 40. & 41.

22 Enimuero † vbi rex remissionem concederet alieno principi vel regi parendum esset: etsi remissiones iure vel consuetudine forent interdictę. Vnde Clar. d. q. 38. versi. hoc tamẽ aliquãdo Mediolani obseruatũ dixit etsi ille minime laudet, quod delinquẽtes tutos esse in alieno

23 oporteat territorio. Dictu † & auditu horrenda sententia, vt quos ecclesiæ, (tutissima a Deo dicata subterfugia) ex immanitate facinoris sæpius non recipiant delinquentes, alienum malis prosit territorium. Subdit idem Clar. quẽ & Farina. recensuit & minime Rolandi consil. 19. lib. 2. fidendum bannitis: quia plerosque viderit capi, remitti, suspendi post & trucidari in loco delicti admissi. Cau-

tius

24 tius igitut. Clar. † se putat acturos bannitos, si saluum conductum. & fidem publicam a principibus consequantur, in quorum degant territorio: etsi parum illis prodesse idem Farina. a Bonacos.& Car.scripserit. sed id nostri instituti non est inuestigare.

25 Verum † notandum esse opinor, vbi locus sit remissioni inter magistratus non tunc fieri, cum inferior maioris iudicis remissionis implorat auxilium: etsi sub vnius principis imperio militarent, & nusquam auditum: vt a superiore inferior causam auocet.aut remissionem cõ sequatur l. ad cognitionem. ff. ex qui.cau. in poss. ea l. ad principem.ff. de appella. Cassan Panor.Conrad. Dida.& alij,quos sequitur Farina.d.q.7.nu.33.

26 Hinc illud † sequitur non fieri remissionem ad barones, comites, duces, & ceteros principes a rege inferiores vti regis magistratus, vel executor illorum vassallum ab eisdem, licet inquisitum caperet, & carceribus regijs manciparet, Gramma. decisio. 30. Forleri. in practi. crim. verbo audiantur executores nume. 82. Franquis. decision. 426. lib. 2. vnde baro alterum iuste interqellaret, vt sibi remitteret, Gramma. d. decisio: 30. Forler. d. verbo excusatores nume. 63. Caraui. in rit. mag.cur.ritu. 205.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Remissiones antiquitus cum orbis totus vno parebat Romanorum imperio,fieri solitæ indestinctæ.*

3 *Remissiones iure canonico indistinctæ fieri quia vna est ecclesia catholica,& vnus pontifex.vnum ius.*

Papa multis decoratns ephitetis.

2 *Remissiones canonico iure,locis multis probari.*

4 *Remissiones in crimine heræsis,an vindicent.*

5

6 *Dida. interpretatio.*
7 *Dida. ratio optima.*
8 *Hereticus vtique puniri potest.*
9 *Dida. illatio.*
10 *Iura in hæreticos iuste sequiunt.*

IVRE CANONICO PERsonarum ecclesiasticarum remissionem indistincte fieri, a paucis casus animaduersus.

CAP. XXXXIIII.

1 Icuti Romanorum † imperio Cæsarum qui totum pene orbem suę subiecere ditioni remissiones vndique fieri fuerit statutũ cum vnus foret dominus, l. deprecatio. C. ad l. Rhodi. deiac. vnum illorum ius. sic vnum hominum & gentium ritum in remissionibus esse voluere, vt quisque delinquens & facinorosus aufugiens & alibi captus, ad iudicem loci, in quo delinquerat, foret remittendus, vt pœnę, metu, exagitati neque alterius etsi longinqui territorij subterfugio cõfidentes, pœnas luerent. §. si vero qnis cõprehensorum. in auctẽ vt nulli iudi. auctẽ. si vero criminis C. ad l. Iul. de adul. sicuti post. Bal. Odof. Oldrad. Afflic. Angel. & Boeri. resoluit Dida. in pract. qq. cap. 11. nume. 10. Clar. in practic. quæst. 38. nume. 11. Decian. in tractatu. crimi. titu. de remission. reor. cap. 19. lib. 4. nume. 11. tom. 2. Pegue. decisio. 66. num. 6. Baiar. ad Clar. quæst. 38. nu. 80. 81.

Ab

3 Ab hac † ipsa ratione procedit remissiones in foro fieri canonico, quod omnes subsint ecclesię vni pōtifici maximo ca. cuncta per mundum. 9. q. 3. c. 1. de reforma. sessio. 6. in verbis suę supremæ sedis auctoritate animaduertere. conf. Triden. & c 7. sessi. 14. verbis, vnde merito Pontifices maximi pro suprema potestate eis in ecclesia tradita Summum † hunc pontificem variis epithetis & titulis decorari à iure curiosa tradidi peruestigatione exploratorum iuris lib. 2. cap. 4. qui adhuc non cussus sicut nec ame citatus aliquoties tractatus de ri. nup. & pac. in matri. conuen. nec de veteris iuris disciplina collapsa restituenda liber alius.

Remissiones igitur iure canonico vndique fieri personarum ecclesiæ non dubium est, quem casum a paucis, cū tamen quotidianus sit tractatum vidi, & Dida. qui multa de his remissionibus dixerit c. 11. in practi qq. & longe plura Farina. tit. de inquisiti. quęst. 7. a nu. 1. & Cla. in practi. §. fin. q. 38. silentio hanc præterierunt quæstionem.

Eandem prætermisere in canonicis practicis, Forleri. Diaz de Lu. & qui his adnotationes intexere, solus Baiard. in additio. ad Clar. d. q. 38 nu. 80. 81. hanc pertingit, obiter & in eum, quem supra scripsi modum resoluit.

4 Verum non tam † sterilis casus est, qui multis comprobari non possit tex. in primis apertissimo in cap. fin. in verbis prioribus, illis scilicet: licet ratione delicti, seu contractus, &c. de fo. comp. cap. si peccauerit 2. q. 1. cap. 1. de rapto. Cardi. & Cassa. vbi sup.

Hinc † & illud crebrius nostrates putauerunt non so-
4 lum inter ecclesiasticas personas remissionem iure concedi canonico: sed & vbi in crimen mere ecclesiasticum; quale hæresis primum vindicat locum laici inciderent, vt & tunc remissio fiat ad prauitatis hæreticæ inquisitores il

lius,vbi in heresim incidit loci hæreticus, Petr. & Cyn.in l. 1. C. de sum Trin. & fi.catho. Ian. And. Anchar. & Vachel. quos recenset Dida. d.c. 11. num. 12. ad finem.

Interprætatur † & recte idem Dida. vt remisio fiat pe tentib.inquisitoribus loci,vbi hæresis fuit contracta, cum hæresis actu exteriori verbis aut factis probatur eo loci, a quo in heresim hereticus incidit:altero vero loco,vbi cap tus, non extriori sed interiori deprauato censu & mente in eadem perseueret. Rationem † pulchram certe reddit
3 Dida.vt cum in hac specie de hæresi contendatur punien da eo loci contracta, qua exteriori actu se hæreticus hæreticum fecit: in loco autem vbi captus sit non exteriori facto: sed animo tantum persistat, iustius videtur remissionem iura in eo etiam fore obseruanda. Subsequenter & refructario † respondit, quo quisquam obiiceret hæreticum,vbique puniri vt modo dixerim,nec vllum sibi tutum locum assyllum,aut ecclesiam: non enim recte sequitur vbique puniri hæreticus potest: non igitur remittendus: cum multos his proximis capitibus casus re. censuerim,quibus & remisio fiat delictorum, quæ vbiq.& aqui
54 buscunque posint iudicibns coherceri.

Subinde idem † Dida. infert si publice alicubi hæreticus heresim dixerit,post alibi occulte fugiens eandem repetat remisionem deberi existimat auctoritate Doni. & Fran.in cap.Vt commisi.§.& contra illos.de hæreti.

Subductis hisce duobus casibus nulla remisio fit,quod cum iura †supra modum iuste an hæreticos soeuiant,inuadant, detestentur vti infectisimos Dei hostes & illius ecclesiæ sacro sanctæ.Proin vtique voluit posse puniri, nullumque etsi longinquum territorium eis subterfugio fo-
1 re, quam prior prodidit sententiam leaza. post Cardina. in Clem. Pastoralis.§. denique de reiud. vbi Bonifa. de
2 Vitalen. Septimacen, in catho insti. c.2.Guido pap.& Cassaneus quos secutus fuit Didacus post. Villad. &

alios

alios dicto cap. 11. numero 12 in principio, & receptiorem dixit adductis Cyn. Iaco. de Rauen. Cassane. Socin. Villa. Angel. Grabi. Conrad. Nouel. Duen. Arnal. Flamm. Charta. & extremo Francis. Peg. rotæ Romanę eruditissimo, auditore. Farina. in dicto tit. de inquistio. quæst. 7. numero 17. Baiar. ad Clar. dicto q. 38. numero. 57.

SVMMARIVM.

1 *Iudices voluntariæ aliqua possunt, quæ inuitus facere nequeant.*
2 *Remissio delinquentium nisi petatur non fit.*
2 *Iudices delinquentes ab ipsis captos vltro offerre non debent.*
4 *Remissiones non fiunt nisi à iudicibus qui vno parent regi*
5 *Iudices, qui iurisdictione carent remittere nequeunt.*
6 *Remissio spontanea inter diuersos reges & principes non prohibita.*
7 *Clarii verba ipso indigna.*
8 *Remissiones etiam in leuioribus fieri ex sententia Baiardi.*
9 *Remissiones delinquentium à Gallia quandoque in Cathaloniam factas.*
10 *Remissiones iuste fieri in his casibus, in quibus delinquentes vbique puniri possunt.*
11 *Remissiones fieri à iudicibus originis vel domicilii.*
12 *Iudices originis & domicilii, vt remittant delinqnentem distringi possunt.*
13 *Remisso necessaria, cum iudices eidem parent principi.*
14 *Remissio voluntaria, cum sub diuersis principibus degunt iudices.*
15 *Remissio delinquentis à loco delicti an fieri possit ad iudices originis vel domicilii, noua quæstio.*
16 *Auctoris opinio in noua quæstione.*

Remis-

27 *Remissiones ad iudices loci delicti fieri iure statutum.*
18 *Aliud est punire, aliud remittere puniendum,*
19 *Factum a promissione facti distinguitur.*
20 *Cathalonia nullas, & male agnoscit remissiones.*

REMISSIO QVANDO voluntaria vel necessaria dicatur non exacte extricatum articulum luculenter declarari.

CAP. XXXXV,

1 ON vlli † dubium iudicibus pleraq. cõcessa a iure, quæ sponte possint, coacte minime teneantur, l. non quicquid. ff. de iudi. Menoc. de arbi. iudi. lib. 1. q. 41. sane cum reorũ criminis leges iudicibus præceperint remissionem §. si vero quis comprehensorum in auct. vt nul. iud. auct. si vero criminis C. ad l. Iul. de adulte. necessariam remissionem afferre, vel ex illorum iurium regulis dignosci potest. At cũ non perpetua illa regula sit quibusdam institutis exemplis quando necessaria vel voluntaria dicatur ostendam.

2 Hoc in † primis animaduertione dignum iudicauerim: cum de remissionib. agitur, nusquam fieri à iudicibus, nisi petita remissio sit ab altero cui ius est animaduertendi in delinquentem alibi captum: non † enim vltro of-
3 ferre eum iudices debent, nisi petitum sit, d. §. si vero quis comprehensorum, vbi formula epistolaris remissionem deprecandi, quam & contexuit. Pegue. deci. 66. nu. 17. & ante ipsum Rebuf. in ll. reg. to. 2. tit. de lit. requisit. nu. 7. 8.

7.8.& 9. Eam veluti per omnium manus traditam reticendam putauerim.

Remiſsionem igitur petendam fore vel idem Iuſtinia. apertiſsime oſtendit in dicto §. ſi vero quis. & in eandem conueniunt ſententiam interpretes Bart. Bal. Sali. Angel. in l. 1. C. vbi de crimin. Panor. Felim. Anna. Guid. papæ. Clar. Dida. quorum crebram dixit opinionem Farina. in qq. crimina. tit. de inquiſi. q. 7. numero 38. Pegue dicto deciſio. 66. a num. 17.

4 Secundo & in † hac ſpecie animaduertendum vbi de remiſsione agitur neceſſaria tunc vindicare inſtitutā quæſtionem poſſe, cum iudices, inter quos de remiſsione diſceptatur eidem parent principi, & ab illius iuriſdictione ſumma, à qua veluti riuuli (vt Bart. dicebat in l. 1. de iuriſd. om. iud.) inferiorum magiſtratuum iuriſdictiones oriuntur, alioquin ſi diuerſis parerent regibus, remiſsionis neceſſariæ nulla vis eſt: quiſq. enim ſuam tutatur iuriſdictionem, vti à me ipſo fuſius ſupra cap. 43.

5 Tertio vbi de remiſsione agitur neceſſaria intellexere multi tunc tantum vindicare, cum iudex domicilii, aut originis interpellatur vt remittat, qui etſi non omnem iuriſdictionem, ſaltim aliquam in facinoroſum habeat: alios namque iudices nō remittere poſſe: quia iuriſdictione careant: nam cum in remiſsionibus concedendis cognitio neceſſaria ſit, qui fieri, poterit vt alienus, qui careat iuriſdictione remittere poſsit. Verum hæc opinio, etſi ab aliquibus probata, improbata à me fuit ſupra cap. 42.

6 His propoſitis nunc † de ſpontanea remiſsione dicere non difficile eſt. Et primum conuenit etiam inter diuerſos principes & reges quandoque ſpontaneam fieri remiſsionem. Vnde Clar. dicto q. 38. nu. 21. ad medium ſcriptum reliquit ſæpius ſe vidiſſe remiſſos à regibus & principibus & ſuſpenſos quandoque & trucidatos fuiſſe ab his, quibus remiſsi fuere. Subiungit idem Clar. ſe non id probare poſ-

ſe: quia

se: quia tuti debeant isse delinquentes in alieno territorio dixi supra cap. 43. vers. Enimuero. † Clari verba horrenda,
7 qui tutos esse velit delinquentes, proin crimina impunita remanere Infesta Christianis auribus sententia: nunc autem cum Baiardi ad cum annotationes peruolutarem n. 72. in eundem iuste inuehit Clar. qui non damnare principes deberet remittentes sponte, ne delicta impunita remaneant: sed in cœlum vsque præconiis extollere, vt iu-
8 stas, scelestes pœnas vbique luant Quinimo illic sensit remissiones has nedum in grauioribus sed & in leuioribus fieri posse auctoritate Panor. in cons. 24. lib. 1. & Decia. in tract. criminali. to. 1. cap. 19. nu. 6.

Sed vt ad Clar. reuertamur, qui iniquæ opinionis Deo reddit rationem. non enim contentus illius improbę opinionis impios adhuc fouens & sceleratos sic se cautius acturos illos animaduertit, si fidem puiblicam, vulgo saluum conductum, impetrent ab eo princ pe in cuius territorio degunt, vt tuti fiant, licet & parum prodesse illis scripserint Flam. Cartar quem recensuit Farina. dicta q. 7. nu. 31. sed de his satis. Remissio igitur sponte ab his con-
9 ceditur aliquando principibus: sed † & a maioribus nostris audiui aliquãdo a Gallia in Cathaloniam remissos a Galliarum regibus fuisse famigeratos quosdam homicidas & latrones, vt poenas luerent, & quandoque idipsum contingere apud Principes fide & amicitia coniunctos, testa-
10 tur Farina. dicta q. 7. num. 18. ad finem. Vagabundi itidem, qui vbique lororum puniri possunt tex. in l. 1. cum glo. C. vbi de crim. agi. opor. cuius glosæ auctoritate dixit pulchre Bartol. in l. heres absens. §. proinde numero 4. deiudi. multos ribaldos (vt illius verbis vtar) suspendi in ciuitatibus & castris, vbi inueniuntur, cum non habeant alicubi forum idipsum Cur. Guido. pap. Alberi. Cepol. Basi. Iadoc. Plot. Marsil. Grammati. Ioseph. Ludo. Dida. Clar. & alii, quos refert idem Farina. dicto q. 7. numero 13.

13. sponte remitti poterunt ab eo, qui captus iudici in cuius territorio crimen admisit. Cal. Innocen. Anto. de But. Panor. Bonifa. de Vitalli. Soci. Conrad. & Dida. quos memorat, sequitur etiam idem Farina. dicto q. 7. num. 14.

Neque aliud † censendum in his casibus in quibus delinquentes vbique capi & puniri pussunt, quos obiter re-
11 censui supra cap. 40. vers. sane ego. in his remissiones conceduntnr spontaneę. Nō enim sequitur, potest delinquens vbique multari: ergo remitti non potest: petita enim remissio nō ideo sublata censetur, sic argumentatur Farina. dicto q. 7. numero 14. ad medium, & ante ipsum Dida. in praft. qq. cap. 11. numero 12. ad medium, in hæretico loquens remittendo. Non inquit sequitur hæreticus vbique puniri potest: non igitur remittendus, si remissio petatur, hęc enim (inquit ille) collectro falsa est, vt apparet ex his, quæ hoc capite diximus.

Eodem iure † remissio sponte fiet, cum iudex domicilii, vel originis, quibus ex multorū opinione ius est cog-
12 noscendi de delictis extra territorium patratis sicuti non breui manu tradidi supra cap. 42. subditum & delinquentem carceribus mancipassent accusatione instituta, vel inquisitione (vt mea fert opinio) quam dicto cap. dixi, & alibi sup. dum vt & ibi lata sententia non fuisset. His sane casibus & remissio citra cuiusque inuiriam fieri potest sponte iudici loci, in quo reus delinquit: quinimo † distringi à superiore possent, vt id facerent, sicuti crebra fere omni-
13 um opinio ne receptum asserit Farina. d. q. 7. numero. 23. & prręter adductos ab illo. idipsum Sehap. tract. de iure nō firi. lib. 5. cap. 8. nu. fin. Viui. inter suas opiniones littera I verbo. iudex domicilij.

Et vt finiā duabus fere assertionibus articulus hic termina
14 ri potest. Prima vbi iudices eidē parēt. principi remissione cessaria est, cū a iudice petitur delicti, prręter eos casus quib. superiorib. capitib. nō vindicare dicimus traditionem

& nisi,

& nisi consuetudo prescripta iudices remittere nolentes excusaret, quemadmodum ab Imolense, & Pau. de Cast. Ange.& aliis docet Dida.dicto cap.11.num.10.post principium. Altera assertio, vbi sub diuersis degunt magistratus principibus voluntaria remisio,non necessaria est,etiam exclusa non remittendi consuetudine: opinatur idem Dida.dicto numero 10.

16 Sed nunc † noua nusquam ab aliquo tractata quæstio excutienda,num remisio delinquētis à iudice petita loci, in quo reus delinquit fieri ad iudices posit domicilii vel originis, non de necessaria nunc agimus remisione: hec enim fieri prohibita est:quinimo his pene adiungi possent iudicibus domicilii vel originis,qui petitam iudici loci de licti remisionem denegarent, vt supra & sæpius dixi. de voluntaria, quæstio instituitur num sponte si vellet iudex delicti remittere ad iudicem domicilii vel originis posit, & quæ necessaria remisio aliis iudicibus domicilij & originis ipsis voluntaria sit, & posse videtur ex l.nō quicquid

17 ff.de iudi. Verius † ipse opinor,etsi vellit non posse, quod nequeant iudices iuris præcepta inuertere, quibus parere oporteat in delictis cohercendis, §. quoniā vero.in auctæ. vt nulli iud.quoniam vero inquit contingit adulteria, aut raptus mulierum,aut homicidia,aut alia quelibet crimina in prouinciis committi,iubemus prouinciarū iudices omnia secundum leges vindicare,& peccantes tenere,& non alios,l.sanccimus: C.de pœni. sequitur vt cū §.si vero quis

18 comprehensorum.in aucton.vt nulli iud.presse † statutum fuerit remisiones ad iudicem loci delicti fieri oportere, vt delinqutēes cohercent,idque causis grauisimis & rationibus plerisque, quas hoc libro tradidi post alios cap. 40. aduersus legum illis dispositionem dispēsare prohibitum est omnino c.cum inferior. cū vulga. de maiori. & obedi. in consulto agitur Principe, cui iudices parent ex quauis etsi grauisima causa,quæ proponeretur,remittere nō possunt,

delinquentes, quos §. ille si vero quis, punire omnino iubeat. verbis illis supplicijs legitimis subijciendum, &c.
19 & aliud † est punire: aliud remittere puniendum, sicut
20 factum a promissione facti distinguitur. † glo. in l. in bonæ fidei. verbo conducturum. ff. de eo quod cer. lo. Bar. Dida. Pinel. Anchar. Regien. Bero. Crot. Craue. Bursa. Cæpha. Riminal. quos seriatim recensui tract. de ri. nup. & pac. in matr. conuen. lib. 1. compa. 2. a nume. 1. Cathalonia † autem nullus agnoscit remissiones necessarias sicuti veteres antecessores nobis suis relinquere monumentis, & Pegue idipsum decisi. 66. numero 19. ad finem. sed quam infœliciter, homicidia, furta, & quæ indies patrantur facinora super satisque ostendunt.

SVMMARIVM.

1 *Remissisnes in grauioribus fieri solitæ delictis.*
2 *Remissiones in leuibus delictis non fiunt.*
3 *Opinio communis improbata,*
4 *Opinio communis inre probatur.*
5 *Tex in §. si vero quis comprehensorum. in auten. vt nulli iud. intellectus.*
6 *Alius, a, ud, prononomen similia repetit.*
7 *Dictio Quibuscunque omnia complectitur.*
8 *Dictio Quibuscunque in rebus minimis verificatur.*
9 *Crimina grauia quæ sint, vel leuia ex moribus cuiusque prouinciæ iudicandum.*
10 *Crimina grauia, vel leuia, quæ sint arbitrio iudicis relictum.*
11 *Remissiones non fiunt in atrocioribus, cum ciuiliter agitur.*

REMISSIONES SICVTI in grauibus, ſic in leuibus fiunt delictis, & communis opinio improbata, quid etiam vbi ciuiliter in grauioribus ageretur.

CAP. XXXXVI.

1 REmiſsiones † in grauioribus delictis de vno ad alium iudicē fieri ſolitas plus nimio ex his quę diximus liquet: hinc tota fere noſtrorum ſcho-
2 la docuit non in leuibns † remitti reos. ſed illico puniri vbi capti ſint a iudicibus originis vel domicilij Cyn. in aucten. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Calderi. in ca. 1. de rapto. Toloſ. decisio. vbi Aufred. ad. eam 319. Dida. in pract. qq. ca. 11. nu. 7. verſi. octauo remiſsioni. Duey. Clar. & alij quidam, quorum probat opinionem Farinac. in qq. crimi. titu. inquiſitio. q. 7. vbi & eandem receptiorem cum Aufred. & Panor. fatetur nume. 36. Pe-
3 gue. deciſion. 66. nu. 16. Verum † hęc opinio nunquam placere, potuit, vt non immerito idem Panor. ſibi ipſi cō trarius in leuibus remiſsiones fieri. Reſpondit conſ. 24. lib. 1. Fuſius Dacia. in tract. crimi. tom. 1. c. 19. nu. 6. ſequitur Baiar. in additio. ad Clar. §. 38. nu. 72. Neque vllo
4 iure probatur: † nam tex. in l. deſertorem. ff. de re mil. a contrario ſeuſu, quem Farina. adduxit non adferri meruit: non enim argumentum a contrario ſumitur, cum vel ab ſurdum ſequeretur, aut iurium correctio, l. v. co. de ino. do. c. cum expediat de electio. Abſurdum ſane foret remiſsiones in leuibus non fieri poſſe cū indiſcriminatim iura remiſsiones fieri velint.

Sed

5 Sed & † tex. in §. si vero quis conprehensorum. In aucten. vt nulli iudi. expresam me iudice contrariam aperte probat sententiam cum ab anteriori §. incipiẽ. quoniam vero illius dispositio descendat, proin & ad illius verba & sententiam confugere necesse est, vt verus §. si vero quis comprehensorum. prodeat intellectus. Quoniam (inquit) vero contingit adulteria, aut raptus mulierum, aut homicidia, aut alia quælibet crimina in prouincijs commiti, &c. Subsequitur tex in d. §. si vero quis comprehensorum, statuens remissiones fieri reorũ qui crimina admiserint exarata in §. præcedenti, at §. ille præcedens generaliter statuit in adulterijs, homicidijs. mulierum raptibus & quibuscunque alijs criminibus subinde necesse est fateri remissionem quorumcunque fieri criminum: si dixeris pronomen illud §. quoniã
9 vero præcedentis. † in verbo alia. crimina repetere, similia expressis subinde adulteria. homicidia, mulierum raptus, grauiora, aut saltim paria, glo. in l. si fugitiuus. C. de seru. fugitiu. Roman. Alexan. Guid. Cæphal. Vasqui. Deci. Alciatu. Gabr. Menoch. & alij, quos in hanc perduxit sententiam Caual. decision. 25. nu. 19. 3. par, surd. decisio. 265. nu. 24. cum tamen illico adiunctum
7 sit pronomen illud † Quibuscunque (alijs inquit Quibuscunque) adiuncti ratione dispositio illa, quæ nisi similia enarratis crimina comprehendisset, alia omnia crimina maiora vel leuiora continet l. 1. de lega 1. Bart. Cur, Tiraque. & alij. quos Surd. memorat de ipso verbo loquẽs decis. 96. nu. 10.

8 Cui ipse addiderim † dictu pulchrum verba illa Quibuscunque & Qualitercunq. in minimo etiam verificari l. ettam. ff. so. matri. & continere ea omnia, quæ dici, cogitariue possint. Bal. in l. cum virum. C. de fideicom. Aymo. consil. 105. Riminal. iun. consil. 68. Grat. resp. 73. numero 10. l. 2. Negari igitur non potest tex. in d. §.

si vero quis comprehensorum, crimina omnia comprehensa fuisse grauia & leuia.

9 Porro vel ex eo solo † communis improbari traditio potest, quod crimina an grauia vel leuia sint moribus tum legibus cuiusque prouinciȩ iudicetur. Quȩdam enim crimina etsi leuia, alibi grauiora putantur, alio loco minime æstimentur, quæ capitali iudicio multari solent, vt & ego ipse Italiæ vidi & Hispaniæ nostræ. Proin non cetta dari regula potest cum leuia ex qualitate personæ frequentius interuentu pecuniæ, ex loco, & innumeris alijs grauia dici & atrocia possint, vt post antiquiores Farina ostendit 2. tom. quæst. 18. nume.
10 61. cumsequen. mult. vbi † tandem iudicum arbitrio æstimandum iudicat nnmc. 62. Vnde cum graue delictum æstimari possit vbi admissum est, & cuius petitur remissio delinquentis, non iure iudex, a quo remissio petitur, abnegare remissionem poterit: quia crimen leue dixerit, in his enim legibus & moribus patriȩ requirentis iudicis & remissionem deprecantis standum.

11 Sane † vbi atrociora crimina quorum remissiones conceduntur ciuiliter instruerentur: non tunc remissio fieri solita: quoniam cum remissiones ea ex causa adinuente sint, vt crimina puniantur & cesset, dispositionem non vindicare explorati est iuris. Quam rationem Clar. reddidit, d. q. 38, in vers. item scias Bonacos. in communi. verbo remissio rei. ad finem. Et his adiungit Cassan. Iaco. de Bello. Imo. Dida. Gui. Marsil. Panor. & Aufred. Farin. d. q. 7. titu. de inquisiti. 37.

SVMMARIVM.

1 *Remissiones de vno ad alium iudicem, cuius expensis fiant variæ scriptorum opiniones.*

Fabri

2 *Fabri opinio,*
3 *Carauitæ opinio.*
4 *Expensæ accusationis ab accusato regulariter soluendæ.*
5 *Dida opinio.*
6 *Conciliatio auctoris.*
7 *Dida. opinionis declaratio.*
Farina. opinio.
9 *Auctoris traditio.*
10 *Exempti capti expensæ, a quo soluendæ.*
11 *Remissio delinquentis, an fiat satellibus iudicis requirentis.*
12 *Rebuf. opinio.*

25 REMISSIO DE VNO IN alium iudicem, cuius expensis fiat, & variæ scriptorum sententiæ conciliatæ,

CAP. XXXXVII.

1 N varias † itum sententias in hoc articulo fuit, quidam indiscriminatim existimarunt remissionem expensis iudicis deprecantis fieri ex l. si culpa ff. de rei. vend. l. sed si hereditas §. 1. ad exhiben. Aufred. ad decisio. Tolos. 100. Boeri. decisi. 303. Decian. tract. crim. to. 1. lib. 4. c. 19. nu. 19. Baiar. ad Clar. q. 38. nu. 59. Conrad in pract. crim. tit. de inquisitio. 9. limita. nu. 12. Rebuf. in ll. reg. to. 2. tit. de litte. requisit. nu. 11.

2 Ex antiquioribus † quidam qualis Faber in l. vn. C. de offic. proconsu. omnino contrarium docet, & iudicem volunt remittentem suis remissionem expensis conari ex d. l. V. de offi. procon. & legat. C. Tertiam † prodi
3

dit Caraui. opinionem in riti. mag. cu. ritu. 335. numero 13. existimauit remißionem delinquentis capti fieri : si vero soluendo non sit : quia pauper & inops expensis accusatoris. Sin autem js eadem laboret inopia iudicis expensis, requirentis, extremo requisiti : in suam traxit opinionem Boeri. d. decision. 303. nu. 12. quæ tamen ab his quos prius memoraui in contrariam addutur sententiam. Hanc opinionem probat tex. in l. lex Corneliam. §. si quis librum. ff. de iniur. cuius etiam tex. argumen. Bartol. & ad eundem Alexand. in au-
4 notatio. vna cum † Ange. scripserunt quascunque expensas criminalis accusationis in odium accusati ab eodem fore subministrandas vbi soluendo sit : sin minus accusatoris. extremo curiæ criminalis, sequitur Caraui. Farinaci titu. de inquisi. quæstion. 7. tom. 2. numero 39. vbi & Assini. refert eiusdem sententiæ tractatus de expen. §. 32. 61. ampliation. numero 2 & sequenti.

5 Dida autem † in practi. qq. c. 11. nu. 11. Baldum secutus in cap. non nulli de res. Ias. in l. a diuo Pio §. sententiam. de re iudi. Affiic. in Rubri. 41. consti. Neapoli. numero 13. opinatur expensas impendendas ab accusatore fore, si remißionem petierit, aut eo postulante iudex loci. delicti eandem instaret alioquin ex ærario publico illius, qui reum criminis postularet remitti. Primum (inquit) Dida. deducitur tex. in l. cum sæpe. de arogatio. milita. anno. secundnm ex l. mulier inops. ff. de cap. & po. reuer.

6 Enimuero aduersantes hę opiniones sic posse in vnam cõuenite distinctionem, existimo, aut captus, & qui remittendus est, bonis caret & inopia laborat : tun c iudices requirentis expensis postulato remißio fiet. Sic prima opinio vindicabit. Sane vbi remißio sponte fieret, & denegari posset, Fabri opinionem iustam opinor. vt

suis

ſuis remittere volentis iudicis remiſſio fiat expenſis, cum alias iniqua opinio ſit Fabri, & omnibus aduerſetur traditionibus vti Caraui.ſuperius iuſte iudicat. Tertia Caraui. opinio in his vindicat caſibus, in quibus loquitur vbi captus bona haberet, quibus remiſſio fieri poſſet, ſin minus accuſatoris demum curiæ.

7 Dida. ſententia † non aduerſatur, quæ ſuperiori coniuncta ſit diſtinctioni & duobus ab illo caſibus inſtatis proxima.

8 Farina. † vero d. q. 7. nu. 39. ad finem ſic diſtinguit, aut captus delinquens culpa patrati facinoris arguitur, vel quia conſtet, aut quis confeſſus ſit vel conuictus tunc inſtante altero remiſſionem fieri ipſam expenſis delinquentis. non alterius culpa: cum ſuâ hoc contingit, quæ alteri obeſſe non debet, & opinio (ſubdit) mihi. Caraui. placet ſin minus vbi captum adhuc culpoſum minime liqueat: etſi indicijs aliquibus non culpa carere videatur, non (inquit) expenſis delinquentis: ſed petentis fiet remiſſio, & ſi ipſam inſtauerit accuſator expenſas refundet, ſi ex officio iudex remiſſionem poſtulet, idem ipſe exoluet: requiſitus etenim non remittere alioquin tenetur. Sic ille. Quæ fuit opinio Bart. Iaſ. Afflic. & Dida. quos ſupra adduxi in verſ. Dida. autem.

9 Et vt † reſoluam, paucíſque præſtringam ſic iudicauerim. remmittendum qui culpa caret ſui ipſius expenſis, ſi caruerit bonis accuſatoris, ſi ex inquiſitione nullo accuſatore, curiæ miniſterio: quẽ adhuc non culpoſũ

10 fore conſtiterit accuſatoris demum iudicis, & curiæ petentis. Et hæc vera reſolutiõ eſt & omnium coniuncta traditionibus.

Enimuero † vbi exemptus foret captus quia clericus & ad ſuum ſe remitti iudicem poſtularet, petenti ſui ipſius remiſſio fieret, non accuſatoris vel iudicis,

quemadmodum post Bal. Salic. Fabrum, & alios resolui Dida. in pract. qq. cap. 32. nn. 5. Boeri. qui alios decisio 303. nu. 12. & post Cardina. Alex. & Toloson. Capella. & Menoch. Farin. tom. 2. tit. de inquisi. q. 7. nu. 39. ad finem vers. quod si remissio. vbi recte temperat, nisi clericus non soluendo esset tunc enim accusatoris pecunia, aut curiæ, expensæ forent persoluendæ remissionis, vti ex eodē Dida. Assin. & Boer. scriptum reliquit.

11 Sed non † ab re inuestigandum an remissio satellitibus & administris iudicis remittentis fiat: qua in re Iaco. de Bello. in prnct. rub. de remis. facien. nu. 82. existimauit fieri, ex his, quę notata sint in l. pen. ff si ex. nox. cau aga. sed & idem opinatur liberari ipsum vbi traderet delinquentem requirentis iudicis executoribus, dum litteris ipsis dephrecatorijs, vt id faceret requisitus, monitus foret a requirente, l, solent de cus. & exhib. reor. l. vni. C. vt om-
12 nes cau. tam ciuil. Rebuf. † autem in ll. regias. tom. 2. titu. de litte. requisit. cautius facturos opinatur iudices remittentes. si requisitionis primum: tum capturæ: demum remissionis auctenticum curauerint fieri instrumentum, ne exqnauis causa in posterum ipsis possit imputari, §. sancimus in aucten, de ecclesia. titu. additis his, quæ notari consueuere in l. apud acta. C. de transacti. Quod si inquit nō fideles. admodum remittens crederet executores remissionem petentis, suos adiungere simul posset, vt tuta custodia delinquens incederet.

SVMMARIVM.

1 *Remissio delinquentis an fiat a iudice delicti, cum ab altero iudice idem reus, & ab aliud delictum remitti postutur. & Bart. opinio.*

Remis-

2 *Remissio fit regulariter ad iudicem territorii vbi delictum admissum est.*

3 *Remissio fit ad eum iudicem, in cuius territorio grauius crimen commissum fuit.*

4 *Remissio fit delinquentis ad iudicem, in cuius territorio crimen grauius Patratum est, dum ambo iudices sub eodem degant Principe.*

5 *Delinquentes ex variis delictis, variis etiam puniri pœnis.*

6 *Remissio delinquentis fit ab eo iudice, qui minorem pœnam indicturus est, ad eum, qui maiorem.*

7 *Remissio delinquentis, qui pœnam mortis passurus est non fit ad alium iudicem.*

8 *Remissio impeditur, cum a grauiora pœna inchoandum est.*

9 *Remissio non fit vbi paria sunt delicta: quia melior est conditio possidentis.*

DELINQVENTE CAPTo ab eo iudice, in cuius territorio fuit delictum admissum, si ex alio delicto & iudice alio remissio petatur, quo iure fiat.

CAP. XXXXVIII.

1 Art.† in l. si cui. §. fi. nu. 1. D. de accusa. hanc ex illo tex. posteris traditionem scriptã reliquit. Iudicem a quo remissio rei criminis postulatur, vbi idem reus crimẽ in suo admisit territorio

torio non alias quam suo instructo perfectoque processu remittere cogi, id aperte satis probat §. ille. verbis. cum sacrilegum (inquit) admissum esset in aliqua prouincia: deinde in alia minus crimen. Diuus Pius Pontio proconsuli rescripsit, postquã cognouisset de crimine in sua prouincia admisso, vt reum in eam prouinciam remitteret vbi sacrilegum admisisset. Hæc Vlpianus §. illo insigni,
2 aquo non pauca & celeberrima in praxi adnotanda post alios putem.† Primum remissionem ab vno ad alium fieri iudicem, vbi captus reus in alieno delinquit territorio: sed de hac assertione plus satis in superioribus.

Secundum †, remissionem fieri rei criminis ad alienum
3 iudicem vbi in illius territorio grauius patrauerit crimen sic ille §. probat expressim verbis extremis, illis scilicet. vbi sacrilegium admisisset. Ita fiet, vt captus reus a iudice, in cuius territorio minus fuerit delictum admissum ab eodem, eodemque crimine distringi possit & multari. Demum acta aduersus eum sententia & executioni mandata, petenti altero iudice, eundem reum rimittet, vt & ille maioris in loco suo delicti admissi: maiores etiam pœnas inflingat & multas idipsum cum Bart. Guid. pa. animaduertit decis. 202. Bossi. practi.crim. sub tit. defo.comp. nu. 58. Clar.q. 38. nu.26. Farina. 2. to. tit. de inquisi. q.7. numero. 42.

4 Intellexere † interpretes, remissionem hanc fieri cum eiusdem principis iudices stipendiis, militarent, si sub diuersis non nunc nisi spontanea fit de vno ad alium magistratum, vt superioribus capitibus plus millies dixi, & ex Belleuis. opinatur idem Farina. supra.

5 Tertium † anno tatione dignum, delictis multis irretitos, multis quoque coherceri pœnis posse, l. nunquam Plura.ff. de pœn. Did. lib. resolutio 2.cap. 10. num.8. vbi exempla affert.

6 Quartum, aquo † mens Vlpiani & praxis tota pendet su

ſu demum remiſsiorem fieri oportere cum minor imponenda eſt pœna, a quo remiſsio petitur iudice, quæ refricari poſsit & iterum imponi veluti multa pecuniaria, exilii pœna, verberum, triremium, & his ſimiles. a minori tunc incipiendum, vt poſt remiſsio delicti grauioris fiat, & pœnæ multa maioris, Bart. Penn. Rebuf. in l. omnes. de dila. lib. 10. C. Cæpol. poſt Bart. in auctẽn. ſed nouo iure nu. 42. C. de ſer. fugit. Carre. in pract. crim. rub. de homic.
7 §. circa ſecundum. nu. 44. at † vbi pœna mortis, quæ alias omnes abſorbet & ſuperat inponenda foret fruſtra ad alienum iudicem remiſsio fieret: non enim hæc aliam pa-
8 titur, &. vt noſtri aiunt, in compatibilis eſt. Ita igitur remiſsio impedietur cum a grauior pœna inchoandum eſt, vt §. ille innuit: inpedimentum enim præſtat executio maioris minori. Atque ideo caute Cyrill. in ſum. crim. tit. vbi de crim. agi. opor. nu. 3. animaduertit remittendum criminis reum impoſita minori pœna ad alium, quem maiorem dare oporteret: non enim executio pœnæ minoris vnius iudicis alterius executionem præpedire poteſt: obid remiſsio fiet.
9 Sane † & illud inde ſequitur, quod vbi paria forent, & grauia ſtelicta, quæ mortis pœnam merentur, non vlla remiſsio fieret ſed in pari cauſa & crimine iudicis poſsidentis melior foret eonditio, vti pulcherrime Bello. ſupra docuit, Cyrill. & Farinat. d. q. 7. nu. 42. quanquam ille breuiſsime hunc pertigerit articulum.

SVMMARIVM.

1 *Remiſsio an fiat, cum delictnm in vno loco principium accipit, in alio finitur.*

Remiſsio an fiat cum delicta ſemel inchoantur & perficiun-
2 *tnr in alio loco reſpectu delinquentis tantum.*

2 *Remiſsio an fiat cum in vno delicta incipiunt loco, & in*

alio

alio perficiuntur: non habito respectu delinquentis vel alterius.

4 Felin. exemplum.

5 Iudices cognoscunt duo, quando vtrisque iniuria infertur.

6 Principium in delictis attenditur.

7 Auctoris ratio.

8 Vis publica qualis.

6 Pœna qualis vis publicæ.

10 Vis publicæ pœna non confunditur cum alio delicto, cuius occasione vis inertur.

11 Iudices duo simul cognoscut aliquando illatæ vis & delicti.

12 Mortis pœna alias omnes absorbet.

13 Felin. exemplum secundum.

14 Felin. regula secunda.

15 Iudex cognoscit ille de delicto, cum in illius territorio consumatum est.

16 Opinio communis.

17 Iudex vterque cognoscit vbi pœnæ plures dari pessunt.

18 Opinio communis improbata.

19 Bart. opinio.

20 Iudex vbi delictum in illius territorio cousumatum, remittere non tenetur.

21 Existens in vno loco, si in alieno mandet dilictum feri, in loco delicti puniendus.

22 Mandans non ex mandato: sed ex delicto prætextu mandati secuto punitur.

23 Delinquentis obligatio uon ex mãdato oritur: sed ex delicto.

24 Ratio communis confutata.

25 Affectus non punitur nisi secuto effectu.

26 Mandans extraordinaria pœna quando punitatur.

27 Mandans & mandatarius ex eodem facto & delicto tenentur.

28 Ratio communis improbatur.

29 Sententiæ diuersæ ex eodum facto & delicto nasci nõ debent.

Ratio

30 *Ratio communis explosa.*
31 *Farina. distinctio & laus.*
32 *Farina. distinctio probata.*
33 *Remissio an detur in casibus a Farina. consideratis.*
34 *Farina. opinio.*
35 *Mandantes ibidem ex communi consuetudine puniri vbi degunt.*
36 *Remissio non datur mandantis delictũ ad iudicẽ loci delicti.*
37 *Mandans delictum subditus non efficitur iudicis loci, vbi delictum fuit consumatum.*
38 *Farina. traditio declarata.*
39 *Farina. contrarietas.*
40 *Felin. regula tertia.*
41 *Delicta vbi vno inchoantur loco, & altero perficiuntur, quid de remissione agendum.*
42 *Auctoris distinctio.*
43 *Paciscens in vno loco de occidendo aliquo in eodem puniendus: & ideo remitti non debet.*
44 *Auctoris declaratio.*
45 *Paciscens de aliquo occidendo cum alio, si idem ipse accidat, non remittendus.*
46 *Farina. opinio explosa.*
47 *Pactum delinquendi cum alio, si extra ordinarie puniri potest, vterque iudex cognoscit, & datur remissio.*
48 *Felin. exemplum tertiæ regulæ in ratificante homicidium, vbi ratificans puniatur: & an detur remissio.*

REMISSIO AN FIERI DEBEAT VBI IN VNO TERRITORIO Delictum fuerit inchoatum, in altero consumatum, quæque ad hanc pertinent tractationem diligenter præter alios excutiuntur.

CAP.

CAP. XXXXI.X


Elinus, cuius veteres, & neoterici traditionem miris extollunt præconijs in cap. postulasti. de foro com. nu. 13. in hac cōtrouersia tribus prescripsit regulis traditionem, quam & nos ipsi sicut alij recensebimus, vt, quæ probari vel improbari ex his possint lucido percipiantur.

1 Prima † cum delicta vno in loco principium accipiūt: altero vero consumantur, siue personam respexerimus de
2 linquentis. quam illius, in quem delictum patratur. † Secūda cum delicta inchoantur simul & perficiunrur in alio. non respectu vtriusque. sed delinquentis tantum: aut offē-
3 si. Tertia † cum delicta vno incipiunt loco: alio tamen finem capiunt nullius habito respectu, vel delinquentis aut illius, in quem delictum admittitur. Pulchra certa & tam erudito Felino digna traditio.

Multos afferunt casus nostri, exempla multa, quibus traditio Felini declaratur. Nos ea tantum, quę crebrius afferuntur distringemus.

4 Primæ † regulæ exemplum perhibent omnes Felin. idē Maria. in. cap. postulasti de fo. comp. vbi innumera recenset sed ex nouissimis Farina. 2. to. tit. de inquisiti. q. 7. nu. 45. vbi quispiam in vno distringeret vinculis territorio quempiam, & in alieno perduceret, vt liberius spoliaret vel in eo, qui aliquem in vno vulnerat loco, & eundem fugientem insequitur, in alium: occideretque. His plane casibus agens (inquiunt illi) & patiens in vno reperiuntur
5 loco delicti perfecto. Hoc igitur casu crebrius creditum, † quod vtrique iudici iniuria fuerit illata, vterque cognoscere poterit. sicuti Bal. annotauit in l. si quis non dicam. rapere. C. de episco. & cleric. Marsil. Felin. & alij, quos idem memorat Farina. superius. Nam † etsi in delictis princi-
9 pium respiciendum esse videatur: non finis, l. qui cum maior.

maior. ff. de statu. lib. l. quod ait lex. §. quod ait. ff. ad l. Iul. de adult. Id tamen sic solet interpretari, cum initium licitum sit: etsi finis malus: vt enim excusationem demus delinquenti, interpretatio recipitur illa, aliter secus.

7 Verum † mihi vltra alios aptius hanc placet Felin. traditionem illustrare, cum ea quæ ab interpretibus traduntur vitari possint. Huius regulæ & traditionis ratio hæc est, quæ nec inficiari potest, aut dimoueri. Cum delinquens qnemquam distringit vinculis in vno loco ad alterum perducit & spoliat ibidem, vti in priori exẽplo, non vnum delictum est, sed duo patrantur, vnum, cũ in territorio delinquens, hominem vincit & distringit: alterum cum eundem ad alium perducit locum & territorium, vt spoliet. Delictum † primum vis est, & si cum
8 armis publica, quam libero homini incutit reus distringẽdo & vinculis colligando. Hoc sane delictum nec minime æstimationis est, aut parui momenri, quod ratione loci & personarum † qualitate, maxima indici pœna posśit,
9 l. 1. & to. titu. D. ad l. Iul. de vi pub. vti latisśime post veteres prosequitur Menoch. de arbitrar. iud. qq. lib. 2. cas.
10 393. vis huiusmodi, † neque tollitur. aut confunditur ob aliud delictum, cuius gratia vis illa infertur sicuti tradidit Saliæ. & Angel. ante in l. 3. C. de vi pub. etsi vbi in continẽti nullo interuallo interiecto vis & expoliatio admitterentur. confundantur delicta, & nisi vnum foret, Bart. in l. illud ad l. Aquil. Bal. Alex. & Ias. in l. diuortia. ff. so. mat. Alex. Areti. & Marsil. quos sequitur Baiard. ad Clar. in pract. crimi. §. fi. q. 38. nu. 17. 18. & 19. idem latius §. fin. q. 38. nu. 17. vbi in specie de vi agit publica.

Hinc illud illud sequitur † posse ambos cognoscere iudi-
11 ces, primus de vi illata: alter de expoliatione, proinde remisśioni locum esse vbi captus fuisset a iudice loci, vbi vis fuerit illata, ad alterum, qui maiorem indicturus

pœnam

pœnam foret, l. ſi cui.§. fi.ff. de accuſatio. ſcripſi cap.pręcedenti fuſius. Quod ſi captus ab eo fuiſſet, in cuius terri-
12 torio expoliatio acta ſit,& mortis pœna iudicenda foret: quia hæc alterá abſorberet pœnam, nulla eſt remiſsio vti d.c tradidi,& hęc vera &Genuina inſtitituti ab Felin.&Farinac.exempli interpretatio eſt.

13 Secundum † Felin.Farina. & aliorum exemplum omnino diſplicet,cum reus criminis in vno vulnerat territorio,in altero necat, & occidit. Etſi enim vterque cognoſcere iudex poſsit: remittere tamen iudex vbi occiſus eſt vulneribus non teneretur: cum enim pœna mortis in eũ conſtituta ſit,quę alteram de vulnerato interimit & abſorbet, remittere non teretur ex d. l. ſi cui. §. fina. de accu.& a me traditis cap. ſuperiori, quanquam conuerſo ordine vbi prius a iudice,vbi vulnus illatum fuerit captus occiſor foret remiſsio daretur,vt ibidem latius: quæ non recte diſtinguentes interpretes, & de criminis,cognitione ad remiſsionem argumentantes confuſe omnia tradiderunt.

14 Secunda † Felin.regula exéplis illuſtrari ſolet,ego duo illa,quæ idem Farina.affert proferam,cum quis ab vno in alienum ſagittam territorio aduerſum aliquem mittit & vulnerat,aut tormento ſoluto ignifero ab vno loco alium in altero occidit, his caſibus, non reus delinquens, & is qui percutitur eodem concurrunt loco:ſed diuerſo:exiſti-
15 mauit Bart.in l. libellorum.de accuſa.Fclin.& alij quidã † iuſtum illum fore iudicem in hac ſpecie, in cuius territorio perfectum delictum eſt,non ille vbi inchoatum.Allij
16 contra † ſentiunt, vt quiſque ex his duobus iudicibus cognoſcere poſsit inchoati & perfecti, vti autoritate Panor. Ian.And.Phi. Fran.Felin.Marſil. Alberi Nelli,Conrad. & aliorum,quorum communem dixit opinionem Farina.d. q7..nu.vbi 46.& eorum probat & ſequitur ſententiam.

17 Hanc ſi † quiſquam amplectatur opinionem, quid de remiſsione dicendum nullus dixit. Verum cum vterque

q. cognoſcere iudex poſſit, ſi pœnę ſimul plures dari poſſint, quarum non vna alteram ſuperet & abſorbeat, de vno ad alium, qui maiorem pœnàm indicturus ſit remiſſio dabitur, ſic vt a minori ad maiorē fiat. d. l. ſi cui §. fi. Hinc ſi mortis pæna infligenda eſſet, non remiſſio fieret: ex his
18 quę ſupra C. ſuperiori. Verum † hæc communis traditio ſuſpecta eſt, nec a Bart. opinione recedendum, vt de reo iudex agnoſcat perfecti delicti. Non enim negari poteſt vno ictu & veluti temporis momento delictum admiſſum fuiſſe, atque ideò transfuſum cum principio finem, vt non duo: ſed vnum delictum videatur, vt ſuperius Bart. Alex. Iaſ. Baiar. & aliorum ſcripſi auctoritate. Ita ſane cum vnum ſit loci delicti perfecti cognitio non ad alium; quam eundem ſpectat & pertinet, quæ ratio vix eſt, vt diſolui poſsit, quemadmodum & ex his, quæ nunc in ſecundo dixerimus exemplo lucido oſtendetur.

19 Et † ſi in Bart. ire ſententiam cupias remiſsio dabitur, quod iudex inchoati delicti non legitimus ſit; proinde ad alterum, ſi reum cœperit criminis, remittere teneatur, in grauioribus ſaltim ne delicta impunita remaneant, & vt mea fert opinio, quandocunque vti ſcripſi ſup. cap. 45.
20 & antecedēti. Cęterum † ſi captus a iudice perfecti delicti reus fuerit: & ab altero petitur, non hunc obedire teneri conſtat; cum ille incompetens ſit, & illegitimus.

21 Alterum † illius ſecundæ regulæ perhibent exemplum cæteri, cum quis in vno degens territorio, in alieno mandauerit delictum fieri. Et licet in varias noſtri diſcedant opiniones crebrius creditum, eum, qui ſic inique egerit mandando, in loco delicti puniendum: non in loco mandati: proinde captum a iudice loci mandati remittendum ad eum iudicem. in cuius territorio delictum executione fuerit conſumatum, cenſuere Alberi. Iacobi. Caſtren. Cur. Deci. Marſil. Angel; Felinus, Monticel.

Soci. Conrad. Prob. Rem. Clar. & Bonacos. quorum meminit Farina. d. q. 7. n. 47 † quoniam mandans non ex
22 mandato. sed ex delicto prætextu mandati secuto multatur, sicuti Bart. docuit in l. non solum. §. si mandato. nu.
23 9. de iniur. Bossi. in proct. tit. de fo. comp. nu. 109. Clar. §. fin. q. 89. vers. seias autem. † Rursus obligatio, qua mandans distringitur non ex mandato: sed ex delicto desinit, l. si quis vxori. §. neque verbo l. qui seruo §. 1. de furt. glo. in l. 1. § persuadere. ff. de ser. corrup.
24 Verum hęc etsi communis ratio valide cōfutatur, quod in atrocioribus saltim mandans ex solo mandato extraordinarie sit puniendus Bart. in d. l. non solum §. si mundato de iniur. Angel. tract. de malefi. verbo existens Florentiæ nu. 2. Alex. consf. 126. nu. 13. lib. 3. Conrad. in practitit. de inquisi. nu. 17. Plac. in epit. delict. ca. 15. nu. 16. 17. sensiit Farina. d. q. 7. nu. 48. ad medium, & apertissime resoluit multis Menoc. in commenta. in arbitra. iud. quæsti. casu 352. nu. 9. Carri. in pract. crim. §. 5. nu. 81. Couar. in Cle.
25 si furiorsus initio. p. 2. nu. 9. Igitur † quod vulgo fertur effectum non puniri: nisi secuto effectu, etsi atrociora sint crimina, id de pœna ordinaria interpretandum, non extraordinaria, vt diserte Dida. sup. n. 6. ostendit & Menoc. de arbit. de iud. qq. casu 360. nu. 44. & 92.
26 Subinde illud sequitur, mandantem extraordinaria puniri pœna posse ab eo iudice in cuius territorio mandatū delictum, & post remittendum ad eum iudicem vbi mandatum fuerit cōsumatum d. l. si cui. §. fin. de accusa. &, quæ sup. & c. antecedenti. Neque captum a iudice, vbi delictū admisū remittēdū ab eo priori Iudici, vbi pœna grauior foret, queque absorberet eam, quæ ex solo mandatio infligi posset.
27 Alera mouētur ratione interpretes: quia mādans. mandatariusq. eodē facto tenētur & dilicto, etsi delictū mādatū pręcesserit: ideo vnū factū, delictū vnū, Bart. in l. sed si

vnicus

28 vnicus §. fin.ad finē de iniu. Hæc ratio † nullius est hercle
momēti:nō enim vera est,cū duo sint facta diuersa mādā-
tis & mādatarii delicta diuersa,pœnę diuersę:mādans ex-
tra ordinē punitur mādatarius ordinaria pœna. Tertiam
29 adiunxere rationē:quoniā,inquiūt,si aliter diceremus au-
diret male, & veluti absurdū detestandū foret, vt ex eodē
delicto,& facto diuersæ nascerētur sentētię:id autē toto re
pugnat iuri. Diffusius Bossi.de fo.comp.n.110.Soci.in c.2.
demu.petitio Iass.Deci.& alii in l.si emācipati.C.de collati.
Hęc rursus † tertia ratio,vel ex eo cōfutatur:quia vnū velit
30 duorū factū, & vnū delicta duorū. Nō enim ex vno deli-
cto duę oriētur sētētiæ, atqui cū vnus extraordinarie ex
mādato: alter ordinarie puniatur,quis dubitet duas,cū di-
uersa sunt delicta,nasci sententias posse?

Proinde hæc opinio neq. Farina. nec mihi arridet, quā
ille quadruplici argumēto infringere ausit, etsi nō ratio-
nibus receptioris satisfaciat sententiæ, vti ego ipse.

Vnde idē † Farina. in hoc articulo, sic distinguēdū puta-
31 uit,sensit rectius vir ille eruditus,cui & omnes post nos de
bere plurimū fateamur,quod criminalē tractationē, alio-
quin prolixā & diffusā extricate & distinctim declarauit.

Sic ille † Aut de pœna ordinaria delicti. aut extraor-
32 dinaria mandati agitur, extraordinaria, que in atrocio-
ribus infligi solet nō secuto effectu,illic imponi potest,&
ab eo iudice,in cuius territorio datū & simul acceptū mā
datū est. Vnde mandans & mandatarius inibi puniri pos-
sunt,sicuti auctoritate Plac.Conra.& Alex.scripsit,quibus
nos superius Meno.Dida aliosque adiunximus.Cū autem
agitur de pœna ordinaria delicti perfecti & crimen for
et cuius effe&us ordinaria multatur pœna, vti in astas-
sino c. pro huma. de homi. id ipsum opinatur,mādātē &
mādatariū in mādati territorio distringi posse: cū ex solo
mādato citra delicti incursū perfecti illic patratū videatur.

Ex his antequam † ceteras distinctionis particulas refe
33 ram

33 ram etsi subticeat Farina. quid in remissione agendum non difficile est: non igitur dabitur in illis casibus, cum in loco mandati delictum admissum videatur. Atque ideo illius fore iudicem, non alium.

Addit Farina. † vbi sequeremur interpretum opinionem, qui non solo mandato ordinariam inflingi posse vo-
34 luerunt: sed ex sequto delicto pœnam, noue animaduertit mandantem subditum iudici origine, vel domicilio posse, ordinaria ibidem pœna puniri. Etsi enim (inquit refructario respondens) mandans non ex mandata multetur alibi acto, consuetudine † tamen vbique receptum
35 testatur, incolas originariosque ibidem coerceri vbi mandatum facinus, etsi delictum alibi admissum fuerit, cumque vera hęc opinio sit, abnegare nullus poterit & in eum magis sæuiendum, qui mandati supra textu in eodem delinquisse loco videatur, prætermissa Bosi. opinione, qui aliud sensisse videatur. Eiusdem probauerim opinionem ipse Farinacij. Subinde † infero, neque remissionem da-
36 ri: potior enim in conditio. iudicis possidentis est, vt non semel in superioribus anima duerti.

Annectit demum. Cum mandans subditus non sit iu-
37 risdictioni iudicis loci mandati: quia alienigena foret, & or dinaria in eum pœna agi posse arbitratur patrato delicto: neque remissioné concedi voluit etsi peteretur quãquam communis refragetur sententia.

Extremam † hãc distinctionis partem minime admise-
38 rim: sed temperare placet vbi delictum atrocius foret, & ex solo mandato otdinaria inflingi pœna posset: alioquin secus: cum enim illegitimus hic iudex sit, remissione petita ab eo, cui iudicandi reum ius est obtemperandum foret, alioquin & puniri recusans posset, & illius superior adiri. † Aduersatur præterea sibi ipsi Farina. qui superius numero eodem dixerit, & ego ipse supra versiculo ve-
39 rum hæc, mandantem quandoque extraordinaria puniri pœna

pœna poſſe ab eo iudice, in cuius loco mandatum delictum ordinaria in territorio, vbi delictum fuerit admiſſum præſentiens Farina. obiecta, non ſe niſi conſulto ſuperiore vnquam remiſsionem conceſſurum ſeribit.

40 Nunc † ad tertiam Felin. regulam aduolandum, cum delicta vno inchoantur loco: altero perſiciuntur, nec agens & paſtiens, (vt interpretum verbis vtar) concurrunt ſimul, duo adferri exempla ab interpretibus ſolent, quęque idem Farina. adduxit. Primum in eo, qui cum alio conuenit in vno loco, vt quemquam occiderit, non in hac ſpecie pactus delictum, cum alio concurrit: in hoc ſane †

41 caſu, quæ de mandante & mandatario ſupra diximus; eadem ipſa ad paciſcentem & alterum protendenda: eodem enim iura delicta hæc metienda, & eiſdem pœnis, vti auctoritate Ange. idem. Farin. opinatur ſupra nu. 59. Igitur quę de remiſsionibus illic dicta fuere, in hac ſunt ſpecie repetenda. Verum hunc articulum exactius putauerim declarandum, & duplicem inſpectionem obſeruandam exiſtimo.

Prima in eo † qui conuenit de aliquo occidendo alicu-

42 bi, cum is nec domicilio, vel origine ſubditus foret: cenſuerunt multi, & non ſubditum pactionis inique prætextu eodem ipſo conuentionis puniendum, etſi alibi admiſſum delictum, conſequenter minime ad eum iudicem remit-

43 tendum, ſic iudicatum † in ſenatu Mediolani Clar. aliquando teſtatur d. §. 38. nu. 8. poſt Bologni. Brun. & Monticel. quos Farina. ibidem recenſuit.

44 Temperanda tamen † traditio vbi delicti conuentio vel ex ſe ipſa delictum efficit veluti in aſſaſinio, lęſę maieſtatis crimine diuinæ vel humanę, raptus & ſimilium. His plane caſib. conueniens in loco ipſo conuentionis puniendus: etſi non ſubditus: proinde non remittendus, ſi ſola conuentio pœnam ſuſtineat nullam, remiſsio daretur, cum incompetens omnino & illegitimus iudex conuen-

tionis foret. Et in hanc tandem concendit Farna. etsi verbis multis post Angel. Conrad. Monticol. Bolog. & Brun. Baiard. ad Clar. d. §. 38. nu. 13. 14. vbi Berouın adducit q. 84.

45 Porro vbi idem † ipse, qui antea de maleficio conuenisset cũ alio, maleficiũ admisisset: in loco delicti puniendus foret, atque ideo remittendus a iudice illius loci, in quo prius de maleficio cum alio conuenisset, nisi subditus foret iudici a quo petitur remisio domicilio, vcl origine.

46 Farina. sup. vers. quod si sumus in casu. Verum † illius. opinio probari non potest vbi cõuentio seu tractatus iure non punitur, nullum in territorio pactione illa illicita admisit pactus maleficium. Vnde etsi origine, vel domicilio subditus, cum locus admissi facinoris sit attendendus, isq. superior dicatur ad eum iudicem reijciendus reus crimi-

27 nis est. Enimuero si † conuenrio maleficij extraordinarie puniri posit extraordinaria iudex loci inite pactionis agnoscit. Ordinaria demũ ex delicto alibi admiso ab eo iudice, in cuius territorio crimen patratum fuit, quique remissionem petit. Ad ea qnæ sup. vers. Extremam hanc distinctionis patrem, et si Farina. nisi consulto superiore se minime remittere dixerit. † Alterum exemplum regulæ Felin. breui explanabitur traditione vt ratifians illic punia

28 tur, vbi delictum fuit admissum: atque ideo remissio ad eum iudicem deferenda, sicuti Farina. post alios resoluit sup. nu. 50. cuius opinio crebrior est, vt ille ostendit.

LAVS DEO.

BARCINONE.
Ex Typographia Onofrij Anglada. Anno. 1606.

FRANCISCI

MOLINI

PATRITII ET IVRISCONSVLTI ILERDENſis illius olim Academiæ poſt patrem Petrum primariæ functionis canonice profeſſorem, cæſarei iuris interpretem.

DE SACRA HOMICIDIO

Amittenda immunitate necne liber ſingularis in quo multa vere preter aliorum traditiones edocta diligenter enucleantur.

HAC SECVNDA AEDITIONE AVCtus, locupletatus, & multis expurgatus mendis.

AD BELLARMINIVM CARDINALEM

BARCINONE.
Apud Ioannem Simon Bibliopolam.

ILLVSTRISSIMO SACROSANCTE Ecclesię Romane Cardinali Bellarminio.

FRANCISCVS MOLINVS S.

TE nunc etsi grauissimis curis distentũ Illustrissime Bellarmini paulisper interpellare placet. Et meam in te diu optatam, nunc autem opportunam nactus accasionem, propensam ostendere voluntatem. Cum enim in tuis te voluminibus & controuertijs accerrime aduersum heretìcos viderim disputantem & cardinem ecclesiæ sustinentem; iuste Octauus Clemens a cardine in Cardinalem euexit. quo magis ecclesiam diuinis præditus traditionibus, ab hereticorũ morsibus et iniuria vindicares. Nuper cum a me elaborata hæc fuissent opuscula in manus interim incidit nostras tuo aliud conscriptum

criptum nomine aduersus Theologum quendam innominatum Venetorũ audaciam defendentem. Exarsit animus quod multa uiderim dissertissime agitata quæ ipse in commentarijs de Brachio seculari ecclesiæ præstando & mutuis iudicum auxilijs, & libro singulari de Sacra homicidio amittenda immunitate necne in tuitionem tradideram ecclesiæ & illius Pontificis Max. aduersus seculares potestates quid futurum esset ignorans. Diuino crediderim (nisi merita deficerent) ductus impulsu. Atque ideo Sanctitati Pauli Quicti. Pon. Maxi. dicaui de Seculari brachio librum. Tibi singularem hunc de Sacra immunitate; Quem secunda hac æditone tui ipsius (vt meam probarem sententiam aduersus alios, Anteludio tertio, quedam superaddens, sententiam fui amplexatus: Tu autem meum in te beneuolum suscipe animum, corrige, emenda vt quæ a me impolite & ruditer Docta fuere, Tua singulari expurgentur eruditione. Vale & Viue.

FRANCISCVS MOLINVS LECTORI

Studioso salutem.



Ostre lector studiose homicidiorum frequentia Cathaloniæ causam dedit libello: nam cum tribus plus minusue annis Proregis tunc & Archipiscopi Teresij Tarraconensis, ad vnũ qui tunc contigerat casum homicidij, opusculum a me diligenter elaboratum fuisset, & multa in eo de homicidio voluntario, proditorio, & insidioso noue & preter aliorum traditiònes edocta, scripsissem que post cum multis tum regio Senatui (qui meam tunc amplexus fuit sententiam) placuissent. Cumque nisi ad quadraginta numerum tantum cussa opuscula fuissent: librum a me multis post efflagitantibus, eundem prodere nunc libuit auctũ omnibus quotquot accidere posint homicidij casibus interiectis locupletatum: vt qui contingant quibus vel ecclesiatũ subterfugium occidentibus tutissimum adseruatur; aut amittitur casus, vno pro rostris libello Iudicibus simul & Aduocatis innotescant: Tu autem boni cõsule, & quæ reipublice cõmodò elaborantur lauda & amplexare.



ANTE

ANTELVDIVM PRIMVM.

SVMMARIVM.

1 *Homicidiorum in Cathalonia frequentia detestanda.*
2 *Homicidium iure diuino ingens peccatum.*
3 *Homicida Diabolus in diuinis litteris nominatur.*
4 *Homicide dies suos non dimidiant.*
5 *Homicidia multis ecclesiæ consilijs detestata.*
6 *Homicidium iure canonico grauissimum delictum.*
7 *Homicidæ clerici grauissime puniuntur.*
8 *Homicida iure ciuili spectet quod fecit.*
9 *Deus mximus vite hominum terminum dedit.*
10 *Ortus & hominum interitus apud Deum est.*
11 *Hominum vita in Dei potestate.*
12 *Aristotelis ad Alexandrum monitum.*
13 *Hermogenis de homicidis traditio.*
14 *Homicida Deum, Regem occisum & cognatos ledit.*
15 *Homicidę omni iure rei mortis, infames, & intestabiles.*

DE HOMICIDII CRIMINE detestando & quibus antiquitus pœnis iure diuino & humano puniretur.

1 IRrumpit hisce † tēporibus, Tam effrenata occidendi rabies, & necandi libertas, vt ex leuissimis indies culpis trucidentur homines, occidātur, dilanientur, & plusquam ferarum more (quę secum minime soeuiunt) impia impii & horrenda ad
2 mittant homicidia & flagitia ingens: homicidum † facinus,

cuius

cuius Deus Maxi. vltorem se & Iudicem constituit Genes. 4. & 9. cap. & Ezechiel. 22. Homicidas excidio Iudeorum ansam probuisse locus ille testatur. Neq. deteriori quam
3 homicidæ nomine † Diabolus nominatur: Ioan. 9. cap. Nō vitam apud se parmanentem homicida habet. 1. Ioan. 3.
4 Sed & dies suos † non dimidiabunt occisores diuino sic vate testante plasal. 54. Ioannes rursus apud sacram Apocalipsim cap. 10. se animas interfectorum vidisse scribit, & clamantes audiuisse, domine Deus cur non vindicas sanguinem nostrum de interfectoribus qui sunt interra.
5 Huc pertinent quæ sacris † concilijs multa aduersus homicidas statuta fuere. Concilium Ancyran cap. 22. concil. Ephanen. cap. 33. Triburicen. cap. 54. 55. concil. Vuormaricen. cap. 27. nouissime Tridenti. cap. 7. de refor. sess.
6 14. iure canonico † homicidium delictis ascribitur grauioribus & horrendum appellatur Tudisco asseuerante in cap. cum contingat de fo. compe. ca. quesitum de tempo. ordinan. ca inquisitioni de accusatio. ca. minor. 50. destin-
7 ctio † duriusque ob id aduersus homicidas agitur clericos, vt deponantur, tum monasterijs mancipentur arctissimis pœnitentiam acturi d. ca. cum non ab homine. c. tuæ de pœn.
8 Cæsareo iure † Homicida quod fecit spectet. l. 3. c. de Episcopa. andien. l. capitalium §. famosos de pœn. proinde mortis pœna in eum statuta est, vt qui alieno non pepercit sanguini, nullam sibi vite spem super esse existimet l. 3. §. legis Cornelie. ff. ad l. Corne. de Sicca. l. qui vltimo. l. respiciendum §. fina. ff. de pœn. §. item lex Cornelia insti. de publi. iudi. ca. omnis 3. dist.
9 Plane Deus hominum † vite mortique terminum prescripsit. Iob. 14. numerus (inquit) mensium apud te est, constituisti terminos eius qui preteriri non poterunt. ho-
10 minumque ortus & interitus † apud eum est, ego (ait) oc-
11 cidam & viuere faciam Deutero. ca. 32. & apud eum vite †
spes

ſpes tota repoſita, quis non videat Deum iniuria afficere homicidam proximi ſui. id enim vſurpat quod ad Deum pertinet non alium exo.cap.20.Math.ca.5. cap ſi quis voluntarie 50. diſtinctio.

12 Monitum fuiſſe † ab Ariſtotele olim Magnum ſcio Alexandrum ne humanum profunderet iniuſte ſanguinem, ſoli enim id Deo Ethenicus illi pertinere arbitrabatur lib. de Regi Princi.ca.de Reg.iuſti.

13 Hermogens vir clariſsimus † ſcriptum relinquit, mortem poſt cœlorum omnes cōclamare virtutes, Deumque alloqui dicentes, ſeruus tibi ſimilis eſſe cupit. Deo reſpondente occidens occidatur, ſed michi vindicta, & ego retribuam.

Et vt finiam Deum occidens ledit † primum, Regem,
14 patriam, occiſum, agnatos omnes l. Cornelia. ff. de iu.iu.
Neque amplius homicidas premam † quod omni iure iu-
15 dicati rei mortis ſint Ioſep.Ludo. deciſio.Luca.16.nu.30. 31. Infames, Marſilli.in l. 1. nu.76. ad l. Corne. de Sicca. qui nec in re graui teſtimonium dicere poſsint idem Marſil.in prac.criminа.§.Agrediorum.14.

ANTELVDIVM SECVNDVM.

SVMMARIVM.

1 *Sacrarum ædium immunitas, an ſit iuris diuini vel humani.*
2 *Immunitatē eccleſiarū iuris eſſe diuini loca multa teſtātur.*
3 *Immunitatem Iuris eſſe diuini qui exiſtimauerint.*
4 *Conſilia ſacra quid corca immunitatem ſtatuerint.*
5 *Ius canonicum ſacram ſtatuit immunitatem.*
6 *Immunitatis teſtimonia antqua.*
7 *Ius cæſareum immunitates templorum confirmat.*

Immu-

Immunitates Iuris esse naturalis plerique opinati.
9 *Asylum quis prior extruxerit.*
20 *Humanarum litterarum de immunitate loca.*
11 *Asylla vnde dicta.*
12 *Ius canonicum immunitates statuens, iustissimum.*
13 *Immunitates ecclesiarum stabilire, ad solos spectat Pontifice.*
14 *Principes seculares augere immunitates ecclesiarum possunt, tollere vel minuere minime.*
15 *Galliarum & Lusitanie leges libertatem ecclesiarum minuentes, nulle.*
16 *Immunitatem sacrorum iuris non esse diuini, qui opinentur.*
17 *Veteris legis preceptatria.*
18 *Opinio recepta confutata.*
19 *Iuris diuini illud dicitur, quod ab ecclesia canonice sta*
20 *tum.*
21 *Immunitatem ecclesiarum iuris esse diuini, a concilio triden. declaratum.*
22 *Cardinalis Bellarminius Laudatus.*
23 *Immunitatum iura declarantur.*
24 *Priuilegia ab imperatoribus ecclesijs concessa, irreuocabilia.*
25 *Reges Deum imitari oportere.*
26 *Pe. de petra dictum.*
27 *Reges vel vrbes quæ neminē cognoscunt superiorem, immunitates tollere non possunt.*
28 *Reges distringere clericos non possunt.*
29 *Clericos distringentes. Quanto corripi verecundia debeant.*
30 *Exemptio clericorum iuris diuini.*
31 *Dida. opinio.*
32 *Potestates seculares in clericos audentes. quo feruntur supplicio.*
33 *Tiberius Cæsar immunitatem sustulit Asylorum.*

Sixtus

IMMVNITAS ECCLESIARUM AN SIT IURIS DIUINI VEL HUMANI EGREGIA DECERTATIO & QUĘ INDE VTILITAS.

1 ILlud nunc plane † inuestigandum, an ecclesiarum immunitas iuris sit diuini, an naturalis vel humani: Nec minimum controuertia adfert fructum. Quod si Iuris sit diuini aut naturalis, nullis huminum Regum ne placitis tolli aut minui posit.

2 Et quistem iuris † esse diuini multa suadere sacra loca videntur: Exo. cap. 3. Moses tollens tabernaculam extra castra tetendit vocauitque nomen eius tabernaculam fœderis. c. 19. eiusdem. Sic Deus. Constituesque terminos populo per circuitum & dices ad eos cauete ne ascendatis in montem, nec tangatis fines illius: omnis qui tetigerit montem morte morietur. ca. 21. Qui nõ est insidiatus sed Deus tradidit illum in manus eius, constituam tibi locum in quo fugere debeat,

Et hæc Dei verba ad Mosem ca. 21. Si quis per industriam & per insidias proximum occiderit ab altari meo euelles vt moriatur: quibus plane verbis a sensu contrario (vt capite dixerim) sequenti, his immunitas conceditur Qui citra insidias quemquam occiderint

Num.

Num.ca. 35. ad Mosem Dominns, loquere (inquit) filijs Israel & dices ad eos, quando transgressi fueritis iordanem in terram Chanan, decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorum qui nolentes sanguinem fuderunt. Et ca. 19. dum iterum Deus Maximus de his refugiorum vrbibus agit, hęc: Idcirco precipio vt tres ciuitates ęqualis intra se spatij diuidas: cum autem dilatauerit dominus Deus tuus terminos tuos sicut iurauit patribus tuis & dederit tibi cunctam terram quam eis pollicitus est, si tamen custodieris mandata eius & feceris quę hodie precipio tibi, & diligas dominum Deum tuum, & ambules in vijs eius omni tempore, adde tibi alias tres ciuitates & supra dictarum trium vrbium numerum duplicabis, vt non effundatur sanguis innoxius in medio terræ, quam dominus Deus tuus dabit tibi possidendã, ne sis sanguinis reus: si quis autem odio habens proximum suum insidiatus fuerit, fugeritque ad vnam de dictis ciuitatibus mittent seniores ciuitatis illius & accipient de loco effugij tradentque in manus proximi cuius sanguis effusus est, & morietur non misereberis eius & auferes noxium sanguinem de Israel vt bene sit tibi ca. illa. 15. Quęs. 1. id ipsum Deutero. ca. 19. Iassu. ca. 20.

Et Diuinns ille vates Dauidicus Psal. 70. Esto mihi in Deum protectorem & in domum refugij.

3 His adducti † non pauci immuuitarem iuris diuini esse censuerunt Turcere in ca. omnes basilice. distinc. 1. Hug. 5. victo. tract. de offi. quatuor prela. Rub. de Ciuita. refu. Castul. tract. de Impera. quęs. 9. ad finem Bceri. Aufred. Ioan. Lupu. quos probat & sequitur Rem. tract. de immun,. ecclesia. in prin, ca 2. Igne. in l. 1. nu. 20. 27. 28. Ad 5. c. Sylla. Et receptiorem Germoni de Sacro immu. li. 3. c. 16. nu. 4. 5. & sequen.

4 His concinit † quod sacra olim (maxime vnum Toletanum Consilia inmaculatam ecclesiarum voluerint esse

esse immunitatem: Toletanum diffinit sacrum concilium vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam vel residentes inde vi abstrahere, aut quandocunque nocibilitatis vel dãni vel spolij resistentibus loco sacro inferre, sed esse potius his ipsis qui ecclesias petunt per omnia licitum intra triginta passus ab ecclesiæ ianuis progredi, in quibus triginta passibus vniuscuiusuisque ecclesiæ in circuitu toto reuerentia ecclesiæ defendatur. Hæc consilium in ca. diffiniuit 17. quæst. 4. Sed & Aurialense: Id constituimus obseruandũ quod ecclesiastici canones decreuerunt & lex Romana constituit, vt ab ecclesię atriis vel domo Episcopi eos abstrahere non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Dei euangelia datis Sacramentis de morte & debilitate & omni pœnarum genere sint securi, qui si Sacramenta sua conuictus fuerit violasse reus periurij non solum à communione ecclesię, vel omniũ clericorũ, verum etiam catholicorum conuiuio separetur. ca. id constituimus. 17. quæst. 4.

Probata hæc † fuere consilia sacro canonico iure. ca. in-
5 ter alia de immu. ecclesia. ca. intuentes. 17. quęst. 4. Ad sunt rursus testimonia sanctorum patrum quibus ecclesiarum defenditur immunitas Di. Agus. sua ad Bonifa. Episto. Miror quod tam cito fidei murum acies rnperit inimici. Noui enim qua semper deuotione sis veneratus ecclesiam Dei quo instigante facinore hominem de ecclesia rapuisti tuus si de suo amico forte presumeret fugitiuus, posset procul dubio intercessoris causa veniam promereri. Ergo si amicus intenditur cur Deus offenditur, ecclesiæ igitur illesum reuoca quem irrelligiosissime rapuisti, oblatio vero domus tuæ ne a clericis suscipiatur interdixi, donec per acta pœnitentia tempore ordinato pro hoc facto, corde contrito et humiliato dignum offeras Deo sacrificium. Hucusque Augusti. vt modo innumeros alios reticeam.

9 Ego vero † vt quedam alia interpretibus nostris ad-

iugam insigne D. Prosperi lib. de predes. 3. cap. 38. Eutio bij viri notissimi & anno imperij Archadij & Honorij Quincti consulis cum Manilio Theodoro dum res ab eo gestas, exilium & necem recens et hunc in primis paganum fuisse affirmat, & ne vel ab Arcliadio occideretur aut illius militibus ad ecclesiam confugisse nec ab ea abductum, testatur his verbis. Eutropius quoque prępotens anima & mente paganus cum in contumeliam ecclesiæ edictum obreptitie ab Archadio Christiano Imperatore surriperet, vt si quis ad ecclesiam confugeret, etiam ab altari sublatus pœnas lucret ampliores, diuino iudicio sue sententię prior propinatus est: offensam quippe prædicti Regis incurrens ad eius refugium quam oderat conuolauit, quem sancta mater pietatis gremio suo Suscepit inimicum: cui per venerabilem sacerdotem Ioannem (de Ioanne loquitur Chrysostomo vt moxdixerim) impetrans veniam osori & super bo vitam contulit & salutem: eius exemplo cunctos ad monens inimicos vanum fore contra stimulum calcitrare: Hæc D. pros. Sed & D. Chrysostomus quid in Eutropij fuga ad ecclesiam fecerit, Zosimus vir clarissimus suis prodidit monumentis. Is lib. 5. postulata (ait) a Gaiene ab Imperatore scilicet hæc continebant, vt malorum omnium author Eutropius sibi dederetur in quem ipse statueret quidquid vellet. His auditis Archiadius & accersit Eutropium & abrogata dignitate dimittit. Eutropius cursu ad Christianorum ecclesiam fugit quæ ab illo imperatore ius Asyli consequuta retinet: opus habuit confugere ad ecclesiam qui haud pridem est (vt vidimus anno superiori) ius ecclesiarũ superba licentia violauerat Aderat tunc temporis ibi Ioannes Chrysostomus qui miserrimum altaris prensantem basim protexit, nec sinit inde a satellitibus abstrahi hominem nisi apposito ab

Impe-

Imperatore iureiurando, non dandum fore ad necem Gaine ipſum Eutropium. acta hæc poſt, paſchalis dies cum Imperator, milites, atque populus communibus votis ac vocibus necem Eutropij conclamaſſent, ſed cum Imperator audiuiſſet ipſum ad ecclſiam confugiſſe, religione repreſſus, velut diuinitatis quibuſdam fulgoribus repercuſſus, continuit ſe, imo & furentes adhuc milites habita oratione compeſcuit ne in eccleſiam ad necem hominis auderent irrumpere: Hæc ille. Vnde vetera duo D Proſperi. & Auguſtini teſtimonia in ea quę ſupra verba adducta, immunitatis eccleſiæ ab
7 initio iam, teſtimonium perhibent apertiſsimum.

Poſt hæc † Cæſareum ius ſacrarum ædium immunitatem amplexum eſt; ne quiſquam ſuo ductu in eccleſiam fugientes abduceret: inſtum enim Chriſtianiſsimis viſum fuit Imperatoribus ad Dei Max. & Pontificum formulam immunitates ſtabilire eccleſiarum.
8 l. 2. l. præſenti & to. titul. de ſacro eccleſ. & titul. de His qui ad eccleſ. confu.

Alij a jure † naturali immunitates digredi eccleſiarum arbitrantur; & argumento eſſe aiunt, quod apud omnes fere gentes etſi barbaras & indomitas Deorum ædium immunitas religioſe fuerit cuſtodita, atque hic honor ab illis datus templis quibus veri Dei cognitio deerat: Nam Aſyla apud antiquiores Ethenicos frequentius conſtituebantur: erantque eorum more ſacra loca
9 quibus quemquam abducere fas non eſſet.'

Primus Aſylum † extruxit Cadmus, vt Thebas vrbem quam condiderat maiori compleret numero. Ipſum imitatus Romulus cum Romam conſtruxit Aſylum indicit. Liuio, Dionyſio Halicar. & aliis antiquitatum obſeruatoribus teſtantibus: quod & Virgilius eleganti Carmine modulatur. 8. Aeneidos:

Huic lucum ingentem quem Romulus acer
Asylum retulit, & gelida monstrant sub rupe lupercal.

10 Huc multa alia ex† humanioribus litteris vetusta prodidit Dida. li. reso. 2 cap. 20. nu. 2. versi. Tertia conclusio: Quibus hæc non iniucunda adiungi possunt. Postquam inquit Seruius Hercules migrauit e terris nepotes eius timentes insidias eorum quos auus aflixerat, Athenis sibi primi asylum, hoc est templum misericordiæ collocarunt vnde nullus abduci posset. Et Cicer. 3. Ver. Nuper M. Aurelio scauro postulante, quod is Ephesi se queſtorem vt prohibitum esse dicebat quominus e phano. Dianæ seruum suum qui in illud asylum confugerat, abduceret pericles Ephasinus, &c.

Strabo. lib. 5. hæc de Collatinis, Auetinis, Fidenatibus & Lauiniensibus, orta igitur inter eos seditione Remum inter moenia occisum fuisse traditur, vrbe deinde condita Romulus mortales conuenas aggregat, sacrum quendam aperit inter collem & Capitolliũ quo perfugientes finitimos ciuitate donatos designat. Liui. lib. 5. de bello Maced. templum est Appollinis Delium imminens, mari quinque millia passuum a Tanagra ab est, minus quatuor millium inde in proxima Eu borca est mari traiectus: vbi in sacro luco, eaque religione, & eo iure sancto quo sunt templa quæ Asylon Græci appellant. Modulatur Stati. Theb. libro. segundo.

Fama est defessos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes
Sic sacrasse loco commune animantibus agris
Confugium.

Et Ouid. 4. fasto.

Romu-

Romulus vt Saxo locum circundedit alto.
Quilibet. Heu inquit huc fuge tutus eris.

11 Sic Budeus Asyla † ab Asylo dicta recte putat, quæ ius veniæ simul & libertatis vindicant, ea quisque ad sacras cõ fugiens aras consequitur. Meminit & Asyli Iuris con. in l. si quis fugitiuus §. apud labeonem ff. de iniu.

12 Nullus † igitur tam incircunspectus esse potest qui abneget Iuris canonici decreta iuste statuta quæ barbarorum & gentilium exemplis illustrentur: potuisseque optimo iure summos Pontifices immunitates ecclesijs cõ
13 cedere vt Dida. recte animaduertit: ad † solos enim pertinet Pontifices ecclesiarum cultus, religio, honor sicut Oldrad. Cardi. Vitalli. Panor. Fab. Alex. Cassa. Bellu. Alciat. & numero plures. Quos in id ipsum congessit Dida. docuerunt.

14 Principes † igitur Reges ve etsi augere, aut confirmare ecclesiarum iura & immunitatem possint, tollere autem vel minuere nequeunt, vt Dida. & alij asseuerant omnes: Nam & si antiquitus Cæsares hanc ecclesijs immunitatẽ soli concessissent, post, tollere vel minuere non fas esset, cum vt inferius dixero, semel ab Imperatoribus concessa
15 ecclesijs priuilegia irreuocabilia sint. vt † non immerito Galiarum & Lusitaniæ leges non iustas fore opiner. quæ immunitatem minuerint ecclesiarum, ab his late qui potestate caruerint vt me prior Remi. docuit. Decian. sequitur respon. 80. nu. 28. Gutier. li. 3. pract. quæstio. 5. nume. 4.

16 Alij in † contrariam abierunt sententiam non iuris diuini immunitatem ecclesiarum huius antesignanus Dida. est. li. resolu. 2. ca. 2. nume. 2. ea vtitur argumentatione, non nouo inductam testamento immunitatem sed veteri, plane leges ille veteris testamenti Christi morte obliterate penitus & extincte fuere. cap. translato. de Consti. Tho. par. 2. Quæs. 98. artic. 1 & quæsti. 10. Magis.

ſen. vbi ad eum ceteri. Sic ille, licet (inquit) Moſayca lege ab altari, templo, aut vrbibus illis refugiorum nullus etſi arrocioris reus criminis abduci poſſet, lege autem euangelica nemini hæc fuit conceſſa im-
17 munitas: Erant † enim veteris teſtamenti precepta iudicialia, vel moralia, aut Cerimonialia, quæ paruis Deus verbis Deutero. cap. 3. preſcripſerat: Loquar (inquit) tibi omnia mandata mea, cęremonias, atque iudicia: Et ca ſequenti. Hæc ſunt pręcepta ceremonie atque iudicia: Paulus item Apoſtolus eadem recenſuit ad Roma. 7. Itaque lex quidem eſt ſancta, & mandatũ ſanctum iuſtũ & bonũ. His namque verbis vt D. Thomas interpretatur. 1. 2. q. 99. arti. 4. mandatum ſanctum ad ceremonias, iuſtum ad iudicia bonum ad mores reduxit, & poteſt eundem Thomam & alij omnes, idem Dida. li. 1. reſo. ca. 1. Aragon. de Iuſ. & Iu. ques. 87. artic. 1. Tiraq. in prefa. de vtroque retrac. nu. 8. Alph. de Caſ. de here. li. 9. verbo. lex. Sot. de Iuſ. & Iur. li. 2. Quæſ. 5 artic. 1. Aragon. ſup. Ludo. de Molin de Hiſpa. primo. li. 2. ca. 5. num. 63. Qui ob id adducti nunc iuris humani im munitatem exiſtimant. Ex nouiniſsimis duo. Farina. 1. to qq. crim. titu. de Carce. nu. 1. queſtio. 18. Boudil. in poli. li. 2. cap. 14. nu. 3. in fine.

18 Verũ hęc etſi multorũ opinio † nũquã placuit, nã & a iure naturalij plurimũ pẽdere idẽ fatetur Did. natularia autẽ vt & ille cum alijs perhibet Chriſti morte abrogata nõ fuere.

19 Sed & Iuris diuini † recte illud dicitur quando Dei eccleſia diuino ducta ſpiritu quidquam ſtatuerit cap. 2. de priuil. in 6. cap. nimis ex. de Iu. Iuran. diuine enim legis authoritate quæ ſuper formam petram (Chriſtum ſcilicet) locata eſt, Eccleſia ſtatuit cap. quam pio. 1. q. 2. cap. qui ſtudet. 1. quæſ. ea qua ſuperius cap. canonica. 3. q. 5. ius hoc diuinum recte appellab. tur. Archi. in cap. 2. de adſcrip. in 6. Igne. in l. 1. nume. 32. ad S. Con.

Sylla

Sylla Azpil.in tract.de reddi.eccles.quæst. 3. monit 2. n. 5.

20 Et cum multi.de immunitate † ecclesiarum post sacrum consilium tractauerint: nullum hucusque vidi Qui animaduertat decisam fuisse tridentino consilio Questio-
21 nem Iuris esse diuini clericorum & ecclesiarũ immunitatẽ cap. 20. sessioo. 25. de Refor. illis verbis: *Ecclesię* & sacrarum personarum immunitatem Dei ordinatione & canonicis sanctionibus constitutam &c. Quæ verba recte ad aliud tamen institutum, (in exemptione scilicet perso
22 narum ecclesiasticarum) me ante perpendi contra Venetos in ecclesię libertatem Illus. & Reue, † Cardinalis Bellarminius, in apologetica defensione, aduersus innominatum Quendam theologũ si Theologũ nominare fas est, quod antea predixerat in opusculo de exemp. clerico. ca. 1. propo. 5. versi. probatur. Vir impense doctus, abductus enim fuit a societate Iesu, & præ nimia eruditione in sacrosancte Romanæ ecclesiæ Cardinalem euectus, iure Petri successor creditur. Neque recte satis ad ver
23 ba consilij animaduertentes Farina. & Boua. ad suam cum alijs existimantibus immuni tatem non iuris diuini esse locum consilij & illius verba deflexere, cum aperte dei ordinatione immunitatem instituam dixerit.

24 Sed etsi Iuris † sit diuini immunitas eodem ipso & iure canonico declaratur vt non in omni casu vindicet sed in Quibusdam vt suo loco dicemus.

Reticẽdũ † autẽ nõ esse putauerim immunitatũ priuilegia ecclesiarũ a Christianissimis cõcessa Imperatorib. irreuocabilia esse, etsi nõ diuini Iuris foret aut naturalis immunitas, que enim semel in ecclesiã Iura transiere ab Imperatoribus irreuocabilia sũt, neq; humana potestate infringi aut minui possũt: quemadmodũ post Ias. & alios scripsit nouissime Petra, trac. de potes. prin. c. 24. nn. 228. cum sex sequenti. Vbi ex Lu. de Pen. egregiam prodidit sententiam, † Principes Regesq. Deum imitari oportere qui nus-

 quam

quam beneficia a se collata reuocat, sed magis magisque coaceruat & auget: Decet enim vt in regula iuris est bene
25 ficia principum esse mansura. Quinimo idem Petra eodem tracta. cap. 27. num. 45. aperte scripsit, non posse Roma. Pontifi. cum aliquo dispensare principe, vt is in clericos omnes Iurisdictionem excerseret. Quia inquit, Iuris diuini exemptio est, igitur reuocari aut tolli ecclesiarum priuilegia ab Imperatoribus concessa nequeunt l. priuilegia C. de Sa. eccles. C. alc. Rom. Inno. Castren. Ias. & alij quorum meminit eos probans Pet. supra & Gutier. in pract. Ques. ca. 5. nu. 3. li. 3.

26 Plane Qui † Cæsarum iura, bello, conuentione, vel prescriptione vindicarunt, siue Reges sint aut vrbes Quarum primipilaris Venetia est, clericorum aut ecclesiarum immunitati derogare non possunt, quod plus iuris in eos translatum non sit quam illi habent, vt in regula iuris est: Prior Cæsarum quam regum & Vrbium potestas fuit & quæ illi semel concessere adimi nunc nequeunt, sic omni-
27 bus nostris affirmantibus. Hinc Oliban. in † Comm. vsa. Alium namque. cap. 14. nu. 86. vere scripsit Regem non posse personas distringere ecclesiasticas, aut probter delicta admissa cohercere, qnod in eos nullam habeat iurisdictionem.

28 His † summa corripi verecundia debent qui in Dei O. M. sacerdotes irruentes, male multant, eos distringunt iniurijsque incessunt, Pontificis maximi & Christi vicarij potestati detrahunt cum se Christianos esse glorientur factis autem abnegent & detestentur.

29 Enimuero si † ecclesiarũ immunitas Iuris est diuini, Quis de personis poterit dubitare, cũ res et personas simul Cõsilij tridẽtini decretum cõprehẽdat digniores certe sũt rebus persone: vnde & clericorũ exẽptionẽ Iuris diuini fore, ante cõsiliũ tridẽtinũ & post multi censuere Quorũ & cõmunẽ esse opinionẽ Did. qui cũ alijs paucis contrariam tu

tur,confitetur d. ca.30.prac.qq.nu.1.glo.in ca. si. Imperator 99.dis.& in ca. quamquam de Censi. in 6.Cardi. Roman. Panor.Felm. Deci. Rola.Ro. Aufre. Cur.& Rebufquorum Dida. meminit, & prȩter eos Pil. quæst. 140. nu. 1. diuer. Ferre. consi.141.lib. 1.Geme.in ca.non licet & cap. certum num. 3.& cap.suscipimus dis.10.Ripa res. 13.lib. 1.nu.7.de legi. Ioan. Crot. fuse. consi. 196.nu. 18.lib. 2.Bolog. descisio.27. num. 31. 1.par. Petra.trac. de potest.Princi. cap. 24.nu. 241. Chachera descisio.Pedemon. 5.a nu. 1.Neque dida. dissentit. † potuisse Rom.
30 Pontifi. exemptionem inducere clericorum, quasi id ad publicam spectet vtilitatem;& recte quoniam ius publicum in his maxime consistit quæ ad sacrorum & sacerdotum cultum spectant. l. 1. §. ius publicum ff. de ius. & iur. l. inter stipulantem §. sacram de ver. obliga.

Hoc iure affirmauerim † eos qui in Christi vicariũ &
31 sacerdotes quidquam ausint Deum vltorem habituros:& sicut murmuratio illa Chore,Datani, & Abiron aduersus Mosem vindicata a Deo fuit, acerbas sic nouatores pœnas luent.

Vt autem ad institutum † redeam à quo dicesserã im-
32 mutatis ecclesiarum, minime silendum olim Tiberium Cæsarem ne vel Asyli aut ædium sacrarum spe homines licentiosi in deteriora irruperent (vti hodie) immunitatẽ illam sustulisse omnino Vulpell.consil. 120.nu.11.Corasi. lib. miscella. 5. cap. 16. & his non relatis Bouadil. in politi.lib.2.cap.14.nu.15.in fine.

Porro Gregorius 13 nisi in quibusdam casibus apostolico diplomate immunitatem ecclesiarũ opitulari noluit.
33 Sixtus † Quintus Cardinaliũ ȩdes quibus antea dabatur immunitas constitutione sustulit. Nec † male facturũ Re-
34 gem Catholicum nostrum opinarer ob frequentissimas hominũ cædes & homicidia quæ serpẽte Diabolo in hoc Principatu Cathalonię patrantur, vt sanctissimum exhora

ret Pontificē qui lege sacra paulisper saltim ecclesiarum reprimeret immunitatem, vti ex eadem causa † aliquando factum a Pio quincto Pan. Max. testatur Io. Ludo. decisio. Luca. 36. nu. 37.

TERTIVM ANTELVDVM SVMMARIVM.

1 *Panormitani opinio & intellectus ca. 1. de homi.*
2 *Tex. in ca. 1. de homi. loqui de homicida clerico non laico.*
3 *Intellectus Panor. reprobatus ab omnibus.*
4 *Clerici nisi incorrigibiles post degradationē non traduntur brachio seculari.*
5 *Panormi. sensus ab authore denuo improbatus.*
6 *Panormi. traditio improbata.*
7 *Secundus intellectus ca. 1. de homici.*
8 *Secundus intellectus ab authore refellitur.*
9 *Intellectus Hostiensis addictum ca. 1. improbatus.*
10 *Quartus ad ca. 1. de homi. sensus. qui & reiicitur.*
11 *Quintus intellectus c. 1. reiectus.*
12 *Sextus intellectus ca. 1. reprobatus.*
13 *Septimus intellectus ca. 1. idemque confutatus.*
14 *Octauus intellectus ca. 1, a Didaco amplexatus.*
15 *Octauus intellectus confutatur.*
16 *Nouus & verus intellectus ad ca. 1. de homi.*
17 *Noua traditio ab authore expensa.*
18 *Panor traditio commendata.*
19 *Constitutio iuris certos prescribens casus, alios non abrogat parem aut maiorem rationem habentes.*
20 *Ca. 21. Exo. qualiter interpretandū & de vulgata editione.*
21 *Consilium Tridentinum in specie vulgatam editionem d. ca. 21. Exodi comprobauit.*
22 *Antiquitatis nihil ignorandum.*
23 *Chaldaica translatio quæ ca. 21. Exo.*

Inter-

24 *Interpretatio Hebrea authore Lippomano.*
25 *Secunda translatio Hebrea.*
26 *Tertia translatio Hebrea.*
27 *Quarta translatio Hebrea.*
28 *Vatabili translatio.*
29 *Scholiorum Vatabili translatio,*
30 *Caietani translatio qualis.*
31 *Translatio septuaginta interpretum.*
32 *Translationes omnes parum a vulgari discedere.*

Tex.in c.1.de Hom.quā multis sensibus intelligatur:idē nouo & vero illustraturtū delinguarū varia translatione ad c.21. Exodi,multa egregia adducta.



Vm tex.in ca.inter alia de immu. ecclesia.omnem etsi grauissimi criminis reū immunitate perfrui ad ecclesiam confugientem,preter famosum latronē & agrorū depopulatorē dixis-
1 set,ex his Tudiscus † existimauit quemuis aliū proditoriū licet homicidam immunitatis beneficio gaudere:nā duos tantū ille textus casus excepit, proin regulam in cōtrariū dicit l.nā quod,cū vulga.de supel.lega.huius author sentē-
2 tie Tudis.in d.c.inter alia,& in c.1.de homici. verū cū tex. in d.c.1.dixerit homicidam insidiosum immunitate non perfrui,intellexit,nō de laico loqui † sed clerico, qui cum grauius laicis peccet in tanti tāq;sacri ordinis dedecus, ecclesiæ subterfugio gaudere nō debet qui ipsā cōtumelio- offendit.Atq.ideo ab ecclesiastico iudice solēniter ordinibus illis sacris exauthoratus & degradatus, iudici sit tradendus seculari qui ipsum male perdat,& occidat, nulla alia interim expectata contumacia , etsi incorrigibilis (vt iura aiunt canonica) non sit . Hoc enim iure in gra-

in grauissimis & atrocioribus cum clericis agitur, nullo prius monitu vel contumacia spectata, vt in heretico, falsario litterarum apostolicarum, Assasino, & his similibus. Id ipsum alibi idem docuit Tudiscus in ca cum non ab homine de iudi. & in c. atsi clerici nu. 39. eo. hunc nouissime sensum amplexatur Gutier. lib. 1. prac. q. 2. num. 7. Verum
3 hic ad capi. 1. de † homi. sensus a multis & recte quidem improbatur atque a Dida. post alios in d. c. 20. nu. 7. Crebius enim apud nostros receptum est, clericos non aliter post degradationem iudicibus rradendos secularibus
4 quam si incorrigibiles † fuerint & superiorum iussa spernentes d. c. cum non ab homine. ca. tue de poeni. nam etsi in quibusdam hisque paucissimis delictis aliud obseruetur, in homicidio tamen per clericum patrato iuris regulis inheremus, vnde frequentius Panor. opinio confutatur, vt Areti. Deci, Alciat, Diaz, & alij multi perhibent quos Dida. sequitur in dicto cap. 20.
5 Sed nec michi ipsi facit † satis intellectus, cum tex. in d. cap. 1. de homi. abductus sit a ca. 21. Exo. hic autem locus de laico loquitur non clerico, ad alienum igitur sensum textum illum perducere & absurdum prius tum in-
6 concinũ videtur. Neque cum Panor. dixeris † in d. cap. 1 ad finem nu. 21. non admodum a recto abhorrere sensu interpretationem, etsi enim sacer exodi locus de laico loquatur, in ius tamen canonicum translatum recte de clerico intelligi poterit, quod iure canonico nusquam mortis poena detur ca. sententiam sanguinis cum alijs multis, ne cleri. vel mona. arguta sane consideratio, sed quę vera non est vt mox dixerim.
7 Alij in secundum abierunt † intellectum, ca. 1 intelligentes in altaribus veteris testamenti que non tante erant apud Hebreos existimationis, qualia apud nos nostra, in quibus verus residet Deus: In hũc sensum dicessere Innocen. & Godofred. Coeterum † hic intellectus licet a nemi-
8 ne

ne improbatus sustineri non potest. quis enim credet Gregorium Pon. Maxi. in eo textu nihil decidere voluisse, sed tantum quę veteris erant testamenti referre, omnis autẽ lex non superflua iudicanda. § quibus in prima C. constitutione Gregorius in proemio Decretalium in versi. per dilectum nostrum fratrem Raymundum, &c. Vbi diui nostri Raymundi opera insignis commendatur.

9 Vnde Hostien. † aliter docuit, vt tex. intelligatur in clerico incorrigibili qui depositus, & degradatus curię traditur seculari. ca. cum non ab homine de Iudi. Hic sensus a Panormitano amplexus superius fuit confutatus, vt nunc amplius immorandum non sit.

10 Quartus † vulgo adfertur, verba textus ca. 1. vt moriatur intepretanda in peccatis, scilicet vt in peccatis moriatur: Sed neque hic intellectus facit satis, quoniam exodi locus de naturali morte loquitur non spirituali, & cum verba in propio sensu accipienda sint l. non aliter de lega. 3. recipi intellectus non potest.

11 Alij in quintum posilierunt intellectum moriatur verbum, id est pœnitentia plectatur interpretandũ, quasi pœnitens pro mortuo habeatur: sensus hic ex multis impingi impugnarique potest, sed neque vt referatur dignus videtur nam exodi caput toties memoratum non penitentiã instingit homicide sed mortem; vt modo alia multa preteream quibus sensus posit infringi.

12 Sextum † alij autumant, vt moriatur pro deponatur vsurpandum sit, vt vellit Gregorius Pontifex, insidiosum homicidam sue dignitatis gradu exuendum, atque ita verbum moriatur de morte dignitatis homicidæ intelligatur non naturali. Cœterum hic sensus eodem modo quo supe rior inuertitur, litteram enim corrumpit, & verborũ subuertit sensum genuinum.

13 Septimus a quibusdã adducitur, verbum moriatur, explicandũ id est ab ecclesia non defendatur, inconcina certe explicatio, & quę defendi minime posit. Sed cum tex.

in d.

in d.ca.inter alia,in modum regule dixerit quemuis præter agrorum de popuiatorem famosnm latronem, ab ecclesia defendi vt gaudeat immuuitate,quis superiorẽ poteris amplecti interpretationem?

14 In octauum post antiquiores † decurrit sensum Dida. vt totus tex. d.c.1. in laico loquatur homicida insidioso qui ecclesie immunitate nõ gaudet hunc sensum crebriorem videro verum & hic sensus † ex multis labe factari po
15 test,qui enim fiet vt Tudiscus scripsit,ius posse canonicum mortis pœnam inflingere. Porro ad iudices non pertinet ecclesiasticos mortis homicidã pœna dãnare sed laicos, cum tamen c.1.dixerit, ab altari meo auellas vt moriatur:

Sed & cum tex.in d.ca.inter alia.nisi duos casus excepe rit de populatorem agrorum & viarum latronem, recte quisquam argumentabitur homicidam licet insidiosum immunitate gaudere ecclesiæ,ex veteri diuerbio. l. nam quod §. fina. de suppel. legat. difficilis certe nodus & salebrosus vt alius sit in toto iure canonico & cuius hucusq. nullus veram pertingit solutionem quam tamen ipse vel luce meridiana ita cõspicuam efficiam,vt nullus post hac dubitandi locus relinquatur.

16 Animaduertendum igitur † tex.in d. ca. inter alia omnem quamuis facinorosum voluisse preter duos,de popu latorem agrorum,alterum latronem qui agressionis insidijs(hæc enim sunt verba textus) in vijs & stratis euntes obsidet & agreditur,immunitate perfrui ecclesiæ Abhor ret enim Deus Maximus insidiosos qui callida premeditatione,& veluti aliud agentes homines circumueniunt. vt de primo serpente diabolo Gene. 1 .cap.sacer.ille locus ostendit. Innocen. itaque. Tertius in d. ca.inter alia,non omnem latronem immunitatem amittere statuit sed insidiosum in eaque supra scripsi verba, hanc ipsam insidiarum rationem omni inre exosam considerauit tex. in d. cap. 1. de homi. vt non omnis homicida sed insidiosus

diosus tantum immunitatem minime consequatur, non igitur contrarium statuit Gregorius eiusquod antea Innocentius tradiderat, qualitas enim insidiarum qui latronibus immunitatis beneficium sustulit hæc ipsa in homicida magis viget, vterque inde eodem iure iudicatur, ne immunitatis gaudeāt beneficio: facilis certe & vera solutio.

17 Sed neque † ego opinarer vt finiam, & nouum aliud prẹter alios doceam, tex. in d. c. 1. de homici. pugnare d.c. inter alia, cum c. 1. posterius sit, & priori dispositioni c. inter alia addere potuerit. l. non est nouum cum l. sequē. ff. de legibus vbi illic Bar. & posteriores, vt cum duos tantum Innocen. excepit casus, post Gregorio alterum insi-
18 diosi homicide adiungere placuerit. Vnde nec † male aut absurde Tudiscus docuit in d.c. inter alia nu. 15. iuris cōsti-
19 tutionem † certos casus præscribentem, in alijs minime abnegare in quibus par. aut maior ratio sit. c, ad audientiā vbi idem Tudis. nu. 2. de cleri. non residen. glo. insignis vbi Barto. in l. serui. ff. de vsucapio. Felin. in ca. quoniam frequenter nu. 3. vt li. non contesta. Dida. lib. reso. 2. ca. 5. nu. 6. vt alios preteream.

20 Nunc aliterā excutiamus † quercū & de interpretatione verborū Exodi. c. 21. paulisper tractemus: vulgata hẹc sustinet verba æditio: Siquis per industriā occiderit proximū suū, & per insidias, ab altari meo euelles vt moriatur.

21 Et cū vulgaris probata sit tridētino † cōsilio sacrorū bibliorū ses. 4. decreto de editione & vsu sacrorū librorū, nihil certe aliud ad decisionē aptius erit, eoque magis quod eodē sacro tridētino cōsilio eadē vulgata æditionis verba ex presśim fuerint relata & probata, in c. 7. de reform. ses. 14. in hæc quæ sequūtur: Cū etiā qui per industriā occiderit proximū suū & per insidias, ab altari euelli debeat. &c. Parū igitur ẹditiones aliẹ cōducere possūt: neautē antiqui
22 tatis quidquā ignoretur † vt dixit. I.C. m. l. 1. de orig. iu. alias adferre libet, vt quisque collatione vulgaris cum alijs

facta,

facta, vulgatam intelligat communibus ferce omniũ trãslationibus linguarum ad stipulari.

Chaldaica † translatio sic: & quando impie egerit vir contra proximum suum vt interficiat eum per insidias, de conspectu altaris mei tolles eum vt interficiatur.

24 Hebrea lectio sub Bearma † vocabulo continetur, id est, vt Lippomanus transfert in catena c 21. Et cum superbierit, vel cum temere egerit vir contra fratrem suum, vt occidat eum per insidias &c.

25 Alij sic: si quis superbierit † contra proximum suum ad occidendum eum dolose vel cum fraude vt per arrogantiam, & de industria interfecerit proximum suum dolo, nusquam erit tutus, sed etiam ab altari meo abstrahatur vt moriatur.

26 Alij transferunt † sin vero voluntarie egerit contra socium suum occidendo eum dolo &c.

27 Plures explicant † Etsi homo machinetvr in proximũ suum vt dolo occidat, &c.

28 Vatablus vero † inuertit, si aliquis volens, & calide machinetur proximo suo necem, ab hara mea illum rapies vt interficiatur.

29 In scholijs eiusdem † Vatabili in huncmodum cap. 21. Si quis superbierit in proximum suum ad occidendum eum cum fraude, id est cum per orrogantiam & de industria interfecerit proximum dolo, nusquam erit tutus.

30 Caietanus * vero aliter. Et quando studuerit vir super socium sunm ad occidendum eũ in ingenio, ab altari, &c.

31 Verum enimuero † suptuaginta interpretes quorum in transferendis & explicandis locis sacrorum bibliorum maior est authoritas, ex Græco sermone sic traduxere: si quis agressus fuerit proximum suum vt occidat eum dolo, & fugiat, ab altari meo accipies eum vt occidatur.

23 Quas ob id interpretationes † volui referre vt omnes viderint paucas a vulgari discedere quæ non industriam

tan-

tantum, ſed & inſidias vellit vt homicida immunitatem amittat. Sed de his inferius prolixius.

SVMMARIVM.

1 *Immunitate gaudere eum qui fortuito, & preter intentionẽ alium occidit nullus dubitauit.*
2 *Homicidio ſpontaneo an amittatur immunitas difficilis quæſtio.*
3 *Homicidio ſpontaneo, an amittatur immunitas tres diuerſe opiniones apud noſtrates.*
4 *Difficultas propoſite quæſtionis tota ab intellectu. cap. 1. de homicid. pendet.*
5 *Natura copulæ, & concurſum vtriuſque copulati requirit.*
6 *Copula, & etiam in penalibus vtriuſque copulati concurſum poſtulat.*
7 *Verba. cap. 1. de homicidio qualiter aquibuſdam interpretentur.*
8 *Græcum vocabulum quo vſi ſeptuaginta interpretes, id eſt induſtria.*
9 *Didaci traditio confutata.*
10 *Ciceronis locus expenſus.*
11 *Donati regula & traditio.*
12 *Induſtria ab inſidiis qualiter differat.*
13 *Alexandri & multorum opinio qualis.*
14 *Panormitani opinio qualis.*
15 *Panormitanus quibus rationibus ſuam defendit opinionem.*
16 *Panormitani ſententiam qui fuerint ſequti.*
17 *Gloſæ & Abbatis antiquioris opinio tertia, & quam plures hanc fuerint ſequti & que receptior eſt.*
18 *Gloſæ & abbatis antiquioris opinio receptior ſed minus vera.*
19 *Exodi. locus ca. 21. adducitur & declaratur.*
20 *Veteris teſtamenti leges iudiciales Chriſti morte abrogatæ.*

21 *Ioannis Petri Ferrariensis rationes consntate & quam suspectus de heresi.*

22 *Iuste heretice prauitatis Inquisitores Ioanni Petro Ferrariensi multa detraxisse.*

23 *Argumenta Ioannis Petri de Ferrara nullius stimationis.*

24 *Ca.1.de homi.declaratum.*

25 *Ca.1.de homi.aliter interpretatum.*

26 *Authoris opinio vera.*

27 *Copula & non copulatiue sed continuatiue aut alternatiue sumitur in d.c.1.de homicid.*

28 *Copula & perfecta iam oratione & suo verbo conclusa non cõiunctiue, sed alternatiue consideratur.*

29 *Copule, & antiquiorum & neoreticorum pronuntiatum.*

30 *Copula & apud bonarum litterarum authores perfecta oratione disiunctiue vsurpatur.*

31 *Copula & apud sacros Theologos & in diuinis litteris perfecta oratione, continuatiue vel alternatiue sumitur.*

32 *Salmeronus societatis Iesu religiosus laudatus.*

33 *Emanuel sa societatis Iesu frater laudatur.*

34 *Occidens iusto ductus dolore ad ecclesiam confugiens immunitate gaudet.*

35 *Occidens paulo post rixam, & iniuriam sibi illatam, fugiens ad ecclesiam gaudet immunitate.*

36 *Occidens inimicum post rixam etsi non proditorie, sed animo deliberato an gaudeat immunitate.*

37 *Obseruantia Cathaloniæ.*

38 *Michael Ferrer inaduertenter loqutus.*

39 *Occidens inimicum insidiose an gaudeat immunitate.*

40 *Authoris conciliatio noua.*

41 *Occidens vel vulnerãs rixantem cum filio vel consanguineo si occidat atergo an gaudeat immunitate.*

42 *Occidens post rixam vel iustum dolorem multo post tempore non gaudet immunitate,*

43 *Occidens insidiose non gaudet immunitate.*

Insidio

Delicti

87 *Delicti locus animi prem ditati indicium facit, nisi aliud ex aduerso probetur. nu. 87.*

88 *Occidens in ecclesia fortuito an illius gaudeat immunitate nu. 88.*

89 *Occidens Iuxta ecclesiā vel cœmiterium in dubio illius spe immunitatis occidisse censetur. nu. 89.*

90 *Occidens ab ecclesia vel cœmiterio alium extra ecclesiā vel cœmiterium existentem, non gaudet immunitate. nume. 90.*

91 *Occidens ab ecclesia se defendēdo, immunitate gaudet. nu. 91.*

92 *Occidens ab ecclesia, cum posset se liberare non occidendo immunitate non gaudet nu. 92.*

93 *Mandans ab ecclesia occidere aliquem, non illius gaudet immunitate nu. 93.*

94 *Mandans delictum fieri, an cohercendus in loco mandati vel vbi delictum fuit admissum. nu, 94.*

95 *Mandans homicidium non ex mandato sed ex homicidio tenetur. nu. 95.*

96 *Obligatio ex delicto oritur non ex mandato nu. 96.*

97 *Mandans homicidium ex solo mandato extra ordinem puniri potest nu. 97.*

98 *Affectus non secuto effectu punitur in atrocioribus nu. 98.*

99 *Mandans homicidum ab ecclesia si de mandato agitur mandans immunitate non gaudet nu. 99.*

100 *Mandans extra ecclesiam adstantem in ecclesiā occidi, non gaudet immunitate nu. 100.*

101 *Occidens extra ecclesiam stantem in ea non gaudet immunitate nu. 101.*

102 *Sagitam emittens ab vno in aliud territorium, ab eo punitur iudice in cuius territorio fuit consumatum. nu. 102.*

103 *Occidens & defendens se ab eo Qui intra ecclesiam est immunitate gaudet nu. 103.*

104 *Abducens quemquam vi ab ecclesia & occidens. non gaudet immunitate nu. 104.*

Panor.

S 4 Pacem

IMMVNITAS ECCLESIĘ QVALI HOMICIDIO AMITTATUR CASUS OMNES ADFERUNTUR.

IMMVNITAS ECCLEsię quali homicidio amittatur casus omnes adferuntur.

1 Andem quæstio nunc † enucleanda superest proposita, num sacra homicidio amittatur immunitas. Plane dubitasse neminem scio immunitatem fortuito, vel preter occidentis intrn-

intétionempatrato homicidio,minime amitti,quod & antiquitus veteri testamento obseruatum fuisse Exodi locus non semel in superioribus repetitus testatur. Ex nostris omnes in d. cap. 1. de homi.& in d.ca. inter alia.Clar.in §. fina.quæst.30.nu.11.

2 Alter nostros angit scrupulus,† spontaneo an homicidio consulto & scienter admisso amittatur, in tres enim iurisperitorum scinditur schola sententias,quas nullus hucusq; ordinatim distinxit sic cõfuse loquentes omnia perturbaerunt:quo malo Remigius & neoterici,omnes laborarunt.

3 Existimarunt multi nusquam† hanc perdi immunitatẽ homicidio,nisi simul insidię adsint atque hanc hucusque obseruatam in Cathalonia scimus Fer.in obser.li.3.c.241. & duobus sequẽtibus.Huius opinionis cardo totus in d.c.
4 1. de homi.† repositus est,is hæc textus continet verba . si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias,ab altari meo euelles vt moriatur.Est enim natura co
5 pula † &,vt vtriusque,(quemadmodum nostri perhibẽt) copulati concursum vellit l. si heredi de condi.& demõst. l. 51. is qui ducenta.§ vtrum,& vbique Bartol. de re. dub. Socin.consi.40. num.28.li.4.Natt.cõsi.573.n.14.li.1. Bartol.Aretin.Gozad.Socin.Ancha. Ruin. & Crau.quos in id coaceruauit Menoc consil. 117.nu.54.cum multis sequẽ.
6 li.2.Quinimo idque deterius† penali licet & in odiosa dispositione,(qualis hic de qua verba facimus)copula & suá obseruat naturam,Socino testante consil. 33.li. 3. sequitur Socinum Ossa.decision.Pedemon.71. nu.66. ad finem valida certe argumentatio cui vix est vt responderi possit: Porro vt non semel admonui sacrum tridentinum concilium ad verbum eandem d.c.1. de homi.dispositionem re
7 fert in c.7.de reforma.sess.14. Hinc eius † c.1. verba. si quis per industriam occiderit,& per insidias,interpretati sunt multi,id est per industriã insidiosam,vt eorum verbis vtar. Felin.in d.ca.1. Dida.lib.reso.2. ca.20.num.7.vers.tandẽ his

præno-

prenotatis. Placa quis alios in epi. delicto, cap. 21. nu. 1. ad medium. Simili Bartoli vsi argumento qui in l. 1. de pact. placitus & consensus, recte inuertit, idest placidus consensus id ipsum Dida. ex Greca dictione quam septuaginta explicarunt interpretes comprobari autumat in c. 21. Exo. le
8 gitur † enim id est industria. Sic & seruius apud Nasonem. Arma virumque cano, id est armatum virum.
9 Displicet omnino † Did. traditio. nam ex vi Greci sermonis, & vocabulo non aliud quam opera designatur quam quisque vt quidquam agat vel perficiat prestat.
10 Sic Cicero offi. 1. † Atque ille quidem iniuriæ quæ nocendi causa de industria inferuntur, sepe a metu proficiscũtur
11 tur, idem Cie. 2. in vere Hominum nobilium nõ fere quisquam nostræ industriæ fauet. Vnde donatus † generaliter scripsit industriam pro scientia & prouidentia vsurpari, ea enim (inquit) quæ discimus & scimus operatione genita & industria quadam scimus: atqui insidie in altera sunt indicatione, dolosam enim operam aut industriam dicunt, ita quidem Grece Et Virgilius. 1. Georgico.

Insidias auibus moliri, incendere vepres.

idem Georgi. 3.

Lupus insidias explorat ouilia circum.

Idem Aenei. 9.

Lupus insidiatus ouili.

12 Cicero ad Atti. lib. 13. † Marcellus (ait) insidijs interfectus est Idem. Cice. pro C. N. Clué. vigilandum est semper multe insidiæ sunt bonis post hanc opusculi priorem æditionem probat Cathaloniæ nostram Decisio opinationẽ, Decisio. 54. nu. 6. quę huius loci & numeri 12. meminit. Aliud igitur industria, aliud insidiæ. Credidere itaque multi homicidam nisi insidiosum immunitate gaudere, cõsul-
13 to licet occideret: huius opinionis (quam ille communem dixit) acerrimus post quondã † antiquiores defensor. Tarraganus est, consil. 145. a nu. 1. husque ad finem. lib. 7. Con

ra. Blan.

ra. Blan.& alij quidam quorum meminit Clar.in §. fina. q. 30.nu.12. Hostie. in sum. titul. de homicid. §.in quantum Maria.Socin.in ca.1.de homi.& in tract. de cita. art. 17.q. 6.Bossi in pract. crimi. titu. de captu. ar.21.& secundum hanc ipsam aliquando iudicatum apud regua Castellæ testatur Gonsal. de Paz. in practi. 5. par. 1. tom.ca,3.§.3.nu. 311. hanc eandem de iure veriorem scribit Dida.li.reso.2. ca.20.nu.7.in fine. Clauasi. in summa verbo immunitas.§. 16.Portolesi olim Ilerde charissime condiscipulus patrie in scho.ad Molin.titul de Compe.Iuris.q. 7.num.4. His sane interpretes non tantum antiqam iuris veteris dispositionem qua suam tutantur opinionem habent,sed nouam vt dixi sacri tridentini consilij d. ca. 7. sess. 14.in eandem obiter etsi nemine adducto concendit Meno.de Arbi.iud. q.lib.2 casu.361.num.19.

14 Altera Panor. iuualuit opinio omnibus aduersa.homicidam omnem etsi insidiosum immunitate gaudere tribus adducitur argumentis; † primo,quoniam tex. in cap. inter
15 alia generaliter & in modum regulæ statuit quemuis etsi enormia patrantem immunitate perfrui cum ad ecclesiã confugerit.Secundo.quando ille textus nisi duos casus exceperit depopulatorem agrorum,& insidiosum viarum latronem,in alijs tã firma regula permanet vt nihil amplius querendum videatur.l.nam quod.§.fina. cum vulga.de supel.lega. Tertio ad fert textum in ca.fina. de immu. ecclesia.nam cum ille textus a regula etiam exceperit eum qui intra ecclesiam delinquit,si voluisset de homicida insidioso dixisset.

Respondet autem ad tex.in c.1.de homicid. in clerico intelligendum homicida,quemadmodum tertio scripsian
16 teludio & ante Panor. †id ipsum docuerãt Henric.Boi.& Ioan.And.in d.c.fina.Alberti.in trac.de hereti.q.11.n.69. Ioan.de Visch.tract. de immu.ecclesia fallen.5.Gutier.lib. pract. 3.q.5.n.1.& nu.5.idem lib.1.q.2.nu.6.Tibe. Decian. respon.

respon.80.nu.18.19.& seq.lib.3.

Tertia nunc prodeat † opinio, eum qui consulto occidit, etsi nullis interiectis insidiis immunitate minime gaudere, cum sufficiat si id sponte admittat, vnde ecclesiæ sanctæ operculo defendi non debet sic enim locus Exo.cap.21. expresim statuit.& ca.1. de homi. dum recte intelligatur vt inferius dixerim eos autem qui hãc tenuere opinionem seriatim ex ordine colligere referreque volui, vt cũ ijs qui contrariam tenuere sententiam coniuncti quę receptior & plurium numero sit authorata dignoscatur. Tenuere nouem primam opinioné Hostien.& Alexandri. Secundam Panormitani septem. Hanc extremã sequentes.

1 *Glo.in d.c.1.de homi.*
2 *Abbas Antiquior.in eodem ca.1.*
3 *Anchar.in eodem met capite.*
4 *Anto.de Butrio ibidem.*
5 *Ioannes de Annania in eodem loco.*
6 *Feliu.post antiquiores in dicto.ca.1.*
7 *Specula.tract.de consil.2.par.titul.45.*
8 *Guid.Pap.decisio.121.a nu.1.*
9 *Iacob.de Bello.tracta.de Crim.titu de fuga reorum, & immu.ecclesi.versi.sed si quis delinquat extra ecclesiam.*
10 *Ioan.Petrus de Ferra in sua pract.titu.de forma inquisitio. vers.ex his potest probabiliter queri.*
11 *Tibe.Decian sibi contrarius.2.to.ques.criml.lib.7.ca.30.nu. 6.& lib.6.c.28.nu.12.*
12 *Cassan.in consue.Burgund.Rub.1.nu.112.*
13 *Dida.Perez.in l.6.titu.2.li.1.*
14 *Alciat.tract.de presum.regul.3.pres.33.nu.4.idem Alciat. lib.7.parerg.cap.16.*
15 *Ionnues Gallus in Arestis quæstione 172.versicul.per arrestum.*
16 *Paponi lib.1.titu.2.arrest.18.*

Mayne.

17 *Maynè.in l.nemo de domo nu.20. de re. iurif.*
18 *Remigi tract.de immu. ecclesia.fallen.12.nu.12.& sequentibus.*
19 *Iulius Clar. qui crebiorem in § homicidium nume.12. vbi hanc dixit opinionē amplexatum senatum mediolani & totius orbis vsu receptam.*
20 *Huma.inscho.ad Grego.Lop.in l.4.tit.11.par.1.*
21 *Azebed.in l.3.num.9.titu.2 lib.1.*
22 *Nico.Boeri.decisio.Burdegalen.109.*
23 *Igne.in l.1.§.si domus num.7.ff.ad syllam S.C.vbi magis communem & vsureceptam scribit.*
24 *Placa.in ep.delicto ca.12.nu.5.in vers. Rursus huius criminis vbi communem licet contrariā veriorē arbitretur*
25 *Dida.d.ca.20.nu.7.ad finem hanc admittit licet putet contrariam veriorem.*
26 *Gonsal. de Paz in prac.d.c.3.§.3.nu.132.*
27 *Mencha.tract. de successio.creatio.lib.3§..22.nu.53:*
28 *Anto.Gomes.lib.3.resolu.cap.9.num.2.*
29 *Ioan.Mart.Monti.in prac.crimina.regula.12.nu.25.*
30 *Berberi.in viato.iuris.rub.3. deuiola.immuni.vers.septimus casus.*
31 *Ioseph.Ludo.decisio..Luca.16.num.33.*
32 *Rebuf,in ll.Regias.to.tit.de immn.ecclesia art.1.q.5.*
33 *Gigas tract.de crim. lesæ maies.li.1.titn. qua.& aqui. crimen* lesæ *maies.q.10.nu.17.*
34 Bouadil.*lib.2.ca.14.uu.33.*
35 *Prospe.Farina. in quæstio. Crimina. vbi hauc receptiorem, & iudiciorum vsu receptam scribit a qua nephas est iudices recedere titul. de carceri. quæstione 28. nume. 25.limita.2.*
36 *Plot.inter consilia criminalia consil.133.a nu.1.*
37 *Azpil.videtur in eandem concencendere in manuali confessio.ca.25.nu.21.*
38 *Anast.Germo.tract.de sacro.immun.lib.3.ca.16,num.59.*

Faquin

Faquin: in suis qq. li. 9. ca. 93. Et Peguer. Decisione hu ius senatus post primam huius libelli æditionem deci. 54.

18 Hanc, † igitur opinionem etsi minus veram placa. Did. & Antonius Gomes iudicauerint, quin tamen receptior sit non illi abnegant, & vix est, vt cum Iudices crebrioribus ad stipulari traditionibus teneantut in foro poli, ab hac disce- dere tuto possint.

19 Omnes ij vno tantum argumento † veriorem suadent, ex illo Exo. cap. 21. quo aiunt apertam constitui differen tiam eos inter qui consulto occidunt, qui ve casu nolentes: his enim ciuitates refugiorum decernuntur ne moriantur, alios consulto humanum sanguinem profundentes ab alta ri Deus iubet euelli, vt moriantur: id ipsum eo in loco fere insigniores Theologi docuere. Nico. de Ly. Abulen. & Ste pha. Raba. ex nostris Farin. Placa. & nunc ante memorati.

Rursus aiunt 2. Regu. ostendi. ca. 2. vbi Ioab qui Abner & Amasan gladio iuterfecerat, Salamone imperante in tē- plo occidi Iussus est Iosep. lib antiqui Iudeo. 8. ca. 1. sic & Banajas filius Ioaide in loco, quo se abdiderat Ioab, inter tē plum & altare gladio interemit.

20 Verum hæc iuris diuini capita † etsi veteri testamento obseruarentur, cum tamen ad iudicia pertineant Christi morte inueterata & abolita fuere, quemadmodum. Pan. Dida. & alij numero plures quos anteludio secundo coa- ceruaui affirmabant.

21 Neque argumentationes placent † Ioan de Ferra qui supra modum audax neque obiecto ca. 1. de homici. respō dere sciens, ius asserit canonicum pro arbitrio & beneplaci to conditum, heresis certe effrenata, vt mirandum non sit quam † pie & iuste heretice prauitatis inquisitores multa huic detraxerint, & ab illius practica expunxerint, quę tam male audiunt, vt alia sint.

22 Argumentatur ille communem † iuuans in hunc mo- dum. eijecit Christus ementes. & vendentes de tem lo. ca.

eijciens

eijciens dominus 88.distinctio. Quod noluerit templum Dei speluncam fieri posse latronum cap. decet de immu. Ecclesia. magis multo (ait homicidas in ecclesia quia grauius delinquant tutos esse noluit. Nullius stimationis argumentum, cum longe deterius sit in ecclesia delinquere, quam extra ecclesiam delinquendo se in eadem post recipere: proin iudei emendo, & vendendo in ecclesia & Dei Maxime intus templum, cum musta vsuraria prauitate & fraude patrarent, Christus qui domum Patris & suam orationis non speluncam latronum vult, ejicit omnes ementes: nam qui in ecclesia delinqunt aut iuxta eam, illius subtergio gaudere nequeunt. cap. fina. de immu. ecclesi. De his vero nostra disputatio est qui extra ecclesiã delinqunt

24 Tota opinionum vis, cardo, & fundamentum † in d. cap 1. de homic. repositum est, qui ille tex. intelligatur, Octo ex ordine anteludio tertio recensui intellectus, & nouum superaddidi. Placet autem & nunc liberius circa illius ca. dispositionem spatiari.

25 Si quispiam in Tudisci † cupit ire sententiam huic potest solutioné adiungere, vt in clerico loquatur homicida, quem sensum superius cõfutauit aut idque verius; cum iuxta iuris diuini locum Exodi verba faciat, & nihil ad nos post noui testamenti legem, non officit quod Panorm pre sensit & alij superius anteludio secundo adducti. Verum hanc traditionem perbelle confutaui anteludio tertio vers. Alij in secundum abierunt intellectum: quod verissimile non sit Grego. Pon. Maxi verba Exodi traduxisse illic vt nihil disponerent, id enim iuris regulis aduersatur. §. quibus in. 1. C. consti.

Si in Hostien & Alexandri, Bossi. Blan & aliorum opinionem quisquam concendat, nihil aduersatur cap. 1 cum ipsorum probet sententiam, ex homicidio etenim scienter licet & consulto patrato dum insidie absint non immunitas amittitur, cum vt ea non gaudeat homicida vtrum-

triumque vellit textus industriam & insidias, insidiosam scilicet industriam.

26 Hic autem non facit satis sensus, † vnde ingenue fateor me ab ea ætate qua huic iuri operam nauare, tum & ab eo tempore quo publice interpretari & de loco superiori docere iura ciuilia cepi ad hanc vsque senescentem Hostien. & Alexand. veriorem me credidisse opinionem quā Cathaloniæ vsus custodierat, nunc autem maturius questione perpēsa, atque ab oculorū & mētis caligine celerius fugata negare me non posse fateor extremam hanc tertiā crebioremque opiuionem veriorem ceteris, non argumētis adductis ab his qui hanc defendunt interpretibus ea enim facile vitantur vt antea scripsi, sed sequentibus verba iterum d.ca.1. adducam: si quis per industriam occiderit proximum suum, & per indias, &c. Quæ verba Exo. sunt d c.21. nec semel dicta, & eadem ipsa d.ca.7. de reformat. sess. 14. ante omnium nunc oculos est Grego. Pontificem statuere, eum qui per industriam occiderit proximum suum, & per insidias ab altari euellendum vt moriatur. Due sunt partes huius capitis, prior sua oratione, & verbo conclusa integrum retinet sensum, dum dicit si quis per industriam occiderit proximum suum, subsequitur tum

27 dictio &, & per insidias, sane copula & post perfectam orationem non copula aut coniungit, sed disiungit, & sumitur pro aut, seu vel, Bartol. noster in l. seie. §. Caie. nume. 3. ff. de fund. inst. sunt enim inquit separate dispositiones † quo in casu. Et non cōiungit proin in priori dictū oratione in altera repetitum non censetur. Sic Bartolum egregie declarauit Alexan. consil. 66, nu. 6. lib. 3. Pet Pau. parisi. consil. 38 num. 26. li. 2. Socin. Iuni consilio 142. numero fina. consi. 143. numer. 2. lib. 2. Alciat. respon. 96.

30 num. 26. ij sane omnes docuere in clausulis separatisque † orationibus, & non repetere. sed continuare magis, vnde cum Roma Pontifex, perfectam antea instruxisset oratio

nem,in ea quę ſupra verba ſcripſi,licet poſt addiderit, & per inſidias,augendo & continuando id quod antea dixerat ſcripſiſſe cenſetur.

30 Neque ab hac dicendi ratione diſcedunt bonarum † litterarum authores & puritatis latine lingue obſeruatores namque Lau.valla in Elegan.lib 2.ca 38.id ipſum ex probatiſſimis docet.

31 Adſtipulantur ſacri † Theologi (vt vna ſit concors om
nium ſententia & vnum ſymbolum Grece enim & pro
diſiunctiua vel,ſeu aut vſurpatur. Ita quidem actuum 19.
cap. Nunquam Inquit manducaui omne commune &
immũdum:vbi & pro vel.Id ipſum apertiſsime ex eo.Exo.
ca.21.liquet,nam poſt verba toties repetita: ſi quis proxi-
mum ſuum per induſtriam &c. Paulo infra hæc,qui percu
ſerit patrem ſuum aut matrem,morte moriatur cum iux-
ta Hebream litteram, ſic partem & matrem coniuncti-
ue. Sed diuinus ille & ſummus verbi Dei diſsiminator.
Paulus ad Corin. ca.11.hæc,quotieſcunque manducabitis
panem hunc (& pro vel) calicem bibetis mortem domini
annunciabitis,cum tamen edens vel bibens tantum mortẽ
domini anuntiet, vt illico D. Paulus idipſum declarans
ſubdit Itaque quicunq; manducauerit panẽ hucvel biberit
calicem &c. Et legunt in ea verba Ambroſius, & Cypria-
32 nus, quos recenſuit Salmeronius ſocietatis Ieſu clariſsi-
mus theologus (multos enim eruditiſsimos religio hęc ſa
croſancta in bonũ eccleſiæ peperit) in prologo.ad Euãge-
lia prologi 16. Alia pleraq; in cõprobationẽ adduxit Ema.
33 † Sa.eiuſdem ſocietatis Ieſu in annotationibus ad vniuerſã
ſcripturam,tabula idiotiſmorum in littera.E.

Ex his ſequitur etſi non tutis fundamentis, recte tamen ſenſiſſe quadraginta illos interpretes quos memoraui, ſpontaneo perdi immunitatem homicidio,quæ me ipſum opinio adigit cogitq; vt in eandem,pronus cõcedã:vt autẽ cõplectar diſputationẽ perſpicuo & omnes vel etſi hębetes

aut ingenio tardi percipiant, seqnentes constituo casns.
34 Primus cum occidens interim † rixans aut iusto dolore impulsus mortẽ intulit ira imminenti prorumpens quam Cicero impulsionem apud Rethores appellari scribit l. 2. de Inue. & exẽpla adfert non spernedda Men. de Arb. iud lib. 2. casu 361. n. 8 & 9. Hic sane fugiens immunitate fruetur, quoniam inconsulto occidit, neque vllus ex nostris dissentit quos recensere non oportet.
35 Secundus casus, quoties occidens † interimit paulo post rixam iustum ve dolorem, aut iniuriam sibi illatam, non nunc ex proposito aut consulto occidere dicitur, sedatoue animo durat enim impulsio (vt Cicero dixit) & iracundiæ calor quo homicidium admittitur argu. l. lecta vers. dicebã de re credi. permultos in hanc coaceruat sententiam quos nunc traducere non oportet Meno. d. casu an. 18. vsque an 24. sequitur sic occidentem immunitate gaudere, ea enim ratio qua moti interpretes fuere quod consulto homicidiũ fiat, in hoc non vindicat casu, quare diuersum ius statuendum. Dicitur autem homicidium fieri continenti vel paulo post rixam, cum triginta dierum non transeunt interualla vt ex multis d. casu. nu. 20. 21. Menoc. resoluit.
36 Ex his illa finiri questio † ambigua potest, an post rixã habitam occidens inimicum, etsi non proditorie vel per insidias, consulto tamen, immunitate gaudeat, & crebrior obtinuit sententia minime hunc gaudere, eam reddiderũt rationem quoniam non multum ab insidioso distat homicidio animus tã deliberatus, porro is in dubio presumitur, atque in hanc accessere opinionem specula. Ancha. Guid. Cassan. Alciat. Farina, & alij quos recenset Bouadil. lib 2. c. 14. nu. 36.
Cõtrariã sentẽtiã tenuere Pan & alij quos idẽ Boua. recẽset d. c. n. 77. quales Alex. Con. Blã. Boz. Germ. Paz. etsi superiorem receptiorem scribat illic nu. 36. ad finem opinatur Bouadi. hanc extremam veriorem dum homicidium admissum

admissum fuisset absque proditione, vel insidijs, armorum disparitate seclusa, facie ad faciem, etsi enim ex proposito id foret gauderet occidens immunitate, vbi itaque id post triginta dierum lapsum contigisset cum animi calor desinit vtiex proposito & industria factum non occidés immunitate frueretur ex Meno. nunc ante adducta traditione.

37 In Cathalonia autem † posterior ex duabus Panor. scili-
38 cet obseruatur Ferr. in † obserua. cap. 241. 3. par. quamquã inibi Panor & Ioan. de Visch. incircunspecte adduxerit ad probandum voluntariam absque insidijs homicidam immunitate gaudere, cum tamen docuerint omnem etsi insidiosum vel proditorium homicidam ad eccclesiam fugientem illius defendi immunitate quemadmodum supra num. 14. scripsi.

39 Tertius casus, † cum quis inimicum atergo occidit insidiose ve, existimauit Bart. hunc immunitate gaudere quoniam occisus debuit precauere sciens occidentem inimicum sic Barto. docuit in l. respiciendum. §. delinqunt. ff. de poeni. quem sequti sunt I \Ancha. Gerar. & alij quos recẽset Gonsal. de Paz. d. §. 3. nu. 117. quæ sentẽtia merito a Dida. improbatur d. c. 7. negari enim nequit factũ proditorie idq; sufficit vt immunitatẽ amittat d. c. 1. idem aperte sensit Anto. Gomes. d. c. 3. n. 7. Germ. de sacro. imm. lib. 3. c. 16. n. 64. Bouadil. d. c. 14. n. 35. & iterum nu. 37. ad medium vbi in Barto. sententiam adduxit Bur de Paz. consil. 22. nu. 17. Azebed. in l. 11. titul. 8. nu. 1.

40 Michi autem aliquando placuit noua conciliatione contrarias opiniones coniungere, vt si occisi inimicitia ortum habuisset, que cuilibet nociua est, opinio Barto. vindicet, si vero occisoris tunc Dida. & aliorum obtinet sententia ne gaudeat immunitate quæ certe etsi opinio noua probabilis tamen & cum iure coniuncta videtur.

41 Ex superioribus † illud egregie sequitur eum qui a tergo & proditorie vulnerat occidit ve rixantem cum filio vel cõ

ſanguineo, ad eccleſiam fugientem immunitate gaudere quoniam non id ex propoſito cõſulto ve contingit, ſed caſu defendẽdi vel coadiuuandi conſanguineum gratia natureque impulſu. Quo nos & noſtra defendimus, quod cum multis verũ eſſe oſtendat Gutie. lib. 1. prac. q. 2. a nu. 1. huſque ad finẽ; nõ ite ũ refricare oportet.

42 Quartus caſus cũ ditrixa † cõtingit ſed vtriuſq; animus & impulſio, deſinit id apud italos a ſanguefredo dici Author eſt Men. d. caſu n. 22. a 3. tũc occidẽs, cõſulto id facere dicitur, multorũ oſtẽdit authoritate idẽ Mẽn. d. caſu nu. 20. 21. 22. Ex hac ipſa conijcio receptiori ſententia occidentem ſacrã amitere immunitatẽ, quoniam hic caſus, ſub diſpoſitione d. c. 1. de hom. continetur, vt paulo ante nu. 36.

43 Quintus, cum quiſquam † inſidijs proximũ interimit, non eſt hic dubitabilis caſus quoniam ſi ex propoſito homicida immunitatẽ amittit d. c. 1. multo magis vbi inſidię adſũt, nã animus propoſitũq; occidẽdi etſi deſint inſidiæ dari poteſt, inſidię vero niſi ab ſpõtanea volũtate pronoq; ad occidẽdũ animo dimanare nequeũt ſic recte Clar. ſcrip

44 ſit in d. § homicidiũ verſ. ex inſidijs. Multi fariam † contingere poſſunt. cũ quis latitat vt preuideri nõ poſsit, vbi a tergo alter alterum agreditur. aut habitu mutato adoritur & occidit quod Bartol. preclare docuit in l. reſpiciendum §. delinquunt nu. 1. de pœn. Clar. 5.

45 His fuit necatus inſidijs Milon. † a Clodio vt Cicero ſua pro Milone oratione oſtendit, & pulchro emblemate modolatur Sambu.

Cur mihi blandiris vulpina veſte ſodalis.
Quid toties priſcam fingis amicitiam.
Odiſti dudum, nihil credo dextera fallit.
Et didiſcit caudam flectere leua manus.
In ſiluis æque non latro leuet opacis.
Quam ſimulata fides, ſubdole & inſidiæ.

46 Vnde non recte aut vere ſatis docuit † Caſſoni. ſecundo de

de Malefi.trac.c.1.ad finē scripsit animū præmeditatū nō dici nisi insidiæ præcesserint id enim verū nō est neq; defendi potest,& aperte repugnat Gregorij Noni decreto in d.c. 1.de homi.vbi industriam ab insidijs seiungit & tanquā diuersa constituit:explorati enim iuris est,copulam &,nō eadem copulare aut coniungere sed diuersa glo.vbi alij turmatim in rub.C.de iu.& fac.ignoran.

47 Enimuero quoties tractatus † antecedit,cōuētio ve, aut consilium,deliberati cōsultoq;homicidij admissi tam efficax coniectura est vt alia queuis sit l.3.ibi qui turbæ seditionis ve faciende consilium inierint.ff.ad l.Iuli de vi pub Alberi. tracta. statuto par. 3.q.64.Casso.Bolsi & Clar quos in hanc perducit sententiam Menoch.d.casu nu.32. vbi & viginti consulto admissi criminis cōiecturas per belle coaceruat.

48 In alteram nunc speciem † congrediamur,num immunitate perfruatur vulnerans proditorie aut insidijs,dum occidendi animo adoriatur & percutiat Existimarunt quidā non ab ecclesia hunc euellendum quia non occidit, atque ideo cū de occidēte Greg.Nonus,verba fecerit in d.ca. 1. de homi.ad vulnerantē in pœnis protendi nō debet. Iuue

49 rit rursus quod cum de occiso loquatur,perfectum actum dicit,proinde vulnerantem tantum excludit.l.1 §.hęc verba.ff.quod.quis.iur.l.1.ff.de extra.crimini.

50 Ccebior tamen in alteram abijt sententiam opinio, occidere enim,& is dicitur † qui occidēdi animo vulnera incutit.l.1.§.diuus ff.ad l Corne. de Sicca. & probat aperte Exo.locus c.21.qui(inquit) percusserit hominem volens occidere morte moriatur:qui non est insidiatus sed Deus tradit illum in manus eius,constituam tibi locum in quo fugere debeat.His plane verbis consequitur contrario sensu insidijs percutientem cum occidere satagit,nullū illi cōstitui in quem fugere posit.

Porro si ex insidiis latro qui non necat,immunitatē non

gaudet d. c. inter alia. Is certe qui ex inſidijs quemquam adoritur & vulnerat, gaudere non debet, verum hanc diſputationem Igne. Latius & ad vtramque in l. 1. §. ſi dominus a nu. 7. ff. ad Silla. S.C. Re. in tract. de immun. eccle. fallen. 13. nu. 6. verſ. prædictis non obſtantibus. Boeri d. deciſio. 10. §. in ſine. Dide. d. cap. 20. poſt. nu. 7. Rebuf. in ll. Regias. 2. to. rub. de immunita. eccleſia arti. 1. Placa. in epi. delict. c. 21. nu. 4 Farinaci. in 2. to. queſt. 10. criminali tit de carce. quæſt. 28. nu. 5. Anto. Gome. lib. 1 reſolu. ca. 3. nu. 5. in fine. Azpil. in manu. Confeſſorum. ca. 25. nu. 21. Menoch obiter tamen. d. caſu. 361. nu. 19. Gonſal. de Paz. in prac. 5 par. 1. tom. c. 3. §. 3. nu. 126. Azebe. qui communem in l. 3. tit. 2. nu. 9. Gutier. lib. 3. prac. q. 7 nu. 55. Bouad. in d. ca 14. nu. 34. Et his nō relatis poſt primam æditionem Pegue. deciſio. 62.

51 Conuerſo ordine † altera nunc excutienda ſpecies facti cum inſidioſe agreditur quiſquam, non occidit aut vulnerat, animo tamen vel occidendi aut vulnerandi agrediebatur, id tunc contingit cum telo aut enſe in alterum agit, fugit agreſſus & celeri pede manus euadit inimici vel cū aliquis manuali ignifero inſtrumento in proximum inſidiatur occidere cupiens, diſoluit, errat tamen, is an immunitate gaudeat queritur. Et magis eſt vt non gaudeat, inſidiarū enim qualitas in eo viget, qua precipue, non tātum ipſo homicidio, vel lethali vulnere amittitur. ſic Igne. docuit in l. §. ſi dominus. Rem. d. falle. 13 n. 8. & nūc ante adducti.

52 Plane vbi quiſquam † occideret aut vulnerates inſidioſe neque vulnerare aut occidere vellet, immunitate gauderet, nam verbum occideri (vt pro regula noſtrates tradi-
53 derunt) in legibus non † ab euentu ſed ab animo metiendū eſt, is itaq; occidete apud noſtros dicitur aut vulnerare qui ex animo id tentat. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœni. l. 1. § ſi. diuus ff. a A. l Corue. de ſicca. Rem. d: fallen. nu. 6. Igne. Did. Azpil. quos memorat Gonſal. de Paz. d. § 3. nu. 127.

Verum

54 Verum hanc † etsi communem opinionem, errorem
55 communē semper existimaui, cum ipsis contrarios † animaduertam eosdem; nam in superiori specie num. 45. non ad homicidium aut vulnera, sed ad insidias respexere, cum occidere volens aut vulnerare non occidit, nec vulnerat, qualitas etenim insidiarum ei immunitatem adimit, cœterum hęc eadem insidiosa captatio in eo vindicat qui cum occidere aut vulnerare nollet occidit & vulnerat, cur ergo ius diuersum statuemus l. illud ad l. aquil. a titio ff. de fur.

Nec quidquam leges in contrarium adducte faciunt, etsi enim pœna mortis tunc non detur, quin tamen extraordinaria inflingi possit non negant iura, neque interpretes, proinde verius esse existimo neque hos gaudere immunitate.

Ex genere † sane armorum percipitur an occidens, vel
56 vulnerans, occidere vel vulnerare voluerit. Remi. d. fallen. 13. nu. 7. & alij paulo ante adducti omnes, & post eos Meno d. casu nume. 4. 5. 6.

56 Et vt finiam † qui quemquam ad mortem insidiose duxerit vt occidatur, immunitate non gaudet etsi non occidat, vtili enim legis aquiliæ actione tenetur ac si occidisset. l. item si obstetrix vbi glo. in verbo factum l. qua actione. §. sed si quis de ponte ff. ad l. Aquil. glo. in §. penul. de l. Aquil. insti. Remi. fallen. 14. in principio. Igne. in d. §. si dominus Gonsal. de paz. d. §. 3. nu. 124.

58 Preditorie autem † quemquam occidere aut per insidias pro eodē apud nostros in hac vsurpatur tractatione omnes in ... 1. de homi. Gutier. lib. 1. practica q. 2. nu. 9. innuit. Meno. d. casu. nu. 25. 26. explosa superstitiosa quorundam dinstinctione qui proditionē ab insidiis seiungūt aduersus vim verborum, cū vbi proditio sit ibidē insidie ad sint id ipsum ostendit Gonsal in prac d. §. 3. nu. 113. cū sequen. Bouadil. d. ca. 14. nu. 35. Decisio nouissima Cata

taloniæ nostræ post priorem huius libelli editionem subscripsit sententiæ. Deci io. 54. nu. 8. ad medium vbi me & eiusdem numeri locum memorat. & expressim Remigi. quem prima non adduxeram æditione, trac. de immuni ecclesi. fall. 14. nu. 2. in vers. Nota. ibi per industriam. Ex his quæ 5. casus decem peruestigauimus homicidii, alios nunc decurram.

59 Vndecimus † casus, cum quis in ecclesia occidit vel grauiter vulnerat, hũc minime gaudere immunitate punctim statuit tex. in d. c. fin. de immunitate eccle. glo. Panor. ceteri. Neq. enim is ecclesiæ subterfugio gaudere debet, qui in ea delinquit: aspernari enim eam videtur, & contẽnere c. de viro. 12. q. 2. c. quia frustra. de vsur. c. an sit de appella. neque aliquis dubitat vti ex Dida. Clar. resoluit §. fin. q. 30. nu. 15. tex. in §. quin vero, ita in aucten. vt lice. ma. & auiæ in verbis: nõ enim debẽt. huiusmodi personę munimẽ habere in venerabili loco, quem ipsi despexere, vbi Angel. Anto. Gome. lib. 3. res. c. 9 Azpil. in manua. ca. 25. nu. 20 Farina. to. 1. tit. de Carce. q. 28. numero. 52. & alijmulti sequitur Boua. lib. 2. cap. 14. numero. 24. tex. in l. axiliũ. §. in delictis. de mino. in verbis: & non sit ętatis excusatio aduersus præcepta legum ei, qui dum leges inuocat contra eas committit, Gutier. lib. 3. pract. qq. quæst. 1. nu. 1. & sequen.

60 Perplexa tamen † quęstio est, an is qui iutra ecclesiam homicidium admiserit nulla immunitatis spe consequendæ adauctus, immunitate gaudeat. Existimant multi minime neque hunc gaudere, † cum delinquens intra ecclesiam, & occidens summa afficiat ipsam iniuria, quę cum munda sit & immaculata, impium sane est derurpare eam vel inficere, & vbi crimina obsecrationibus & piis dimittuntur precibus, ibidem mala instruere, & grauiora committere d. c. de viro, d. cap. quia frustra, & cap. fin. de immunitate ecclesię. Hanc † ipsam opinionem recepisse iudicio

diciorum praxim testantur Aufre. decisio. Tolos. 422. Az
62 pilqueta in manua. confessio. cap. 25. nu. 15. Pazi. in pra-
cti. 1. to. c. 3. §. 3. numero 78. ad finem. Azebed. in l. 3.
num. 26. lib. 1. tit. 2. Menoch. lib. 5. presum. 10. num.
9. Gutier. lib. 3. quæsti. 1. num. 8. Boua. d. cap. 14. num.
25. post bermo. & alios aduersus Dida. & Gutier.

63 Alij contrariam tenuere sententiam: gaudere immuni-
tate homicidam qui intra ecclesiam citra vllam immuni-
tatis consequende spe occidit fortuito, & preter inten-
tionem non enim ecclesiam aspernari videtur, vel iniuria
afficere, qui immunitatis illius consequende spe nullo pro
posito in ea delinquit: cessantque iura & rationes omnes in
hac specie, quę ab his, qui contrariam tuentur, adducun-
tur. Crebrior hæc ipsa opinio est a maioribus tradita, Ho-
stien. in d. c. fin. Panor. qui communem ibi n. 8. Ioan. And.
Anto. de Butr. Cardinal. Collectan. Turrecrema Angel. Au
fre. Syluest. Bell. Mayne. & numero plures, quos recenset
Remigi de immuni. ecclesi fallen. 3. a nu. 2. vbi ille dif-
fusius. Si igitur inopinatus fuerit homicidij casus, ecclesiæ
occidens iuuabitur immunitate. In dubio † autem spe im
64 munitatis occidisse præsumendum est: Henrric. in c ec-
clesię. de immunitate ecclesia. Anchar. in d. c fina. hos
sequitur Alciat. de præsu. reg 3. præsu. 33. nu. 3. Baiar.
ad Clar. d §. 30 num. 20. 21. Gutier d quæst. 1. num. 8.
post principium Atze. in d. l. 3. num. 26

65 Et † vt meam ipse opinionem patefaciam, communē
sententiam non veram esse crediderim: negare enim non
potest occidentem vel vulnerantem in ecclesia, illius iura
lædere, aspernari, & contemnere, qui ea admittat, quę tan
topere ecclesia detestatur. Sicuti igitur, qui verba ample-
xus, aduersus legis nittitur voluntatem in eam incidit pœ-
nam, quę ab eadem irrogatur, l. non dubium C de legi.
sic is, qui etsi se non ledendi ecclesiam animo in ea
occidisse dixerit aduersus illius agens præscripta in

poenam

in pœnam incidit,quæ iure canonico aduersus eos datur, qui sacra violant & in ecclesijs licentiose delinquunt

66 His † adderim præsumendum in ecclesia occidentem hunc,animo consequendæ immunitatis audaciorem effectum, qui forsan extra locum minime ausus occidere fuisset capta autem occasione audaciorem redditum, homicidiũ patrasse. li.1.§.1.in verbis quod hac spe audacior & in verbis, spe immunitatis libertatis, & §. hec actio ff. si quis testa.li.Casso.Farina.Meno quos etsi ad aliud institutum adduxit Boua.supra nu.25.Vix igitur est,vt a praxi in iudicando ab altera etsi minus communi;apud omnia tamen recepta tribunalia recedi posse videatur.Ad hæc, † 67
ecclesiam ipsam homicidio & sanguinis profusione pollitam reconciliatione indigere in comperto est c.1.cũ multis de con.eccle.in 6.cui nisi iniuria illata fuisset minime id ius statuisset canonicum glo. in d.ca.1.in verbo, sanguinis. Igitur non necessarium est animi præmeditati qualitatem probare,quod in dubio pręsumatur,vt post veteres Guti. animaduertit d.q.1.nu.8.post principium.

68 Temperarem, † atque in hac specie communem admitti posse opinionem existimem,vbi quis agressus, & se defendens alterum occideret,vel grauius mutillaret: nam
69 in ecclesijs licita defensio est, vt & sacra † faciens clericus aggressus occidere & cœptam post missam perficere possit,neque iniuriam ecclesiæ infert,aut, in irregularitatis ignominiam incidit,Dixi tractatu de brachio seculari eccle. præs.cap.17.nu.70. & nunc addo Petram tract. de potes. princi.cap.26.nu 13.sic ecclesię minime immunitate frustrabitur,qui lici e fecerit,occiderit vel multauerit,l.Graccus cum simil.ad l.Cornel.de sicca.& dixit egregie d. glo.
70 d.c.1.† verbo san guinis. humani (inqnit) & iniuriosi, vt ex iniuria reconsiliatio ecclesijs contingat aliter secus: tutissime igitur occidens in ecclesia vel cœmiterio,vt illius se defendere immunitate posit,rixæ,defen ionis licitæ, & inopina-

pinatum deducet casum, sicut Gutier. ex Azebed. 5 animaduertit.

71 Id ipsum † animaduertunt interpretes cum quis in ecclesia occidens vel delinquens in alterā fugit spe sanæ immunitatis consequendæ hic frustrabitur: qui enim vnam offendit ecclesiam & illius iura lędit, ecclesias omnes offendisse videtur: vna est ecclesia, vna fides, vnum baptisma, & vno regitur diuino spiritu, extrau. vnam sanctam. de maior. & obedi. & si diuersa templa, sacræ ædes, sacella, oratotoria, vna Romana ecclesia est Heri. in c. ecclesiæ de immunita. ecclesiam Rem. communem supra. fallens 11. nu. 2. qui alios Dida. d. cap. 20. nu. 15. lib. 2. Pazi. d. §. 3. nu. 79. Hęc vbique opinio recipitur, sicuti Sil. in sum. §. immunitas 3. q. 2. Clar. d. quęst. num. 15. ad medium, & Pazi. testatur: quanquam alicubi Syluest. contrariam inualuisse consuetudinē scripserit, quæ etsi nec ab eo aut aliis

72 post improbetur † vbi sit iure sustineri non potest: tribuit enim delinquendi occasionem, & in sacram ecclesiarum puritatem polluendam homines reddit audaciores: sic enim singulas impius quisque decurrens ecclesias, omnes offenderet, quando in vna vel multis delinquens ab aliis iuuaretur, quod & male audit impium & turpe dictu videtur. † Nam & consuetudo, quæ delinquendi incendium

73 tribuit, nec consuetudo dici aut nominari potest arg. l. conuenire cū simil. de pact. dotal. sicut & in alia specie Baiar. ad Cla. admonuit q. 38. nu. 56. post Craue. Rolan. & alios, Moron. consil. 76. nu. 8.

74 Atque adeo † veteres religiose sacram ecclesiarum immunitatem custodiere vt nedum homicidium in ecclesia: aliudue graue facinus admittentes perdere immunitatem illius voluerint: sed & cum post alia patrauerint crimina, quibus immunitatis consequendę spe: alioquin minime fraudarentur sic illi existimant omnium delictorum ante admissorum, postque immunitate frustrari, qui semel in eccle-

ecclesiæ delinquerint ignominiam: iustum † enim visum est vt qui sacram illius dignitatem & sanctimoniam læserint, illius careant perpetuo subterfugio cap. ad episcopos cum sequen. 17. quæst. 4. d. ca. fina. de immuni. ecclesia †
76 Neque dignus ecclesiarum ingressu est, qui illius violat et interimit libertatem, d. cap. ad episcopos. Punientur igitur in eo in quo delinquerunt, vt memores mandatorum ecclesiæ eandem ipsam perpetuo reuereantur, sic & olim apud capellam Tolosanam arresto proditum est decisio. 422. vbi Aufred. ad eam. Cassan. ad consue. Burb. ru. 1. §. 1. vers. archidiaconus num. 112. Clar. d. quæst. 30. nu 15. ad finem, vbi id ipsum Baiar. num. 22. Pazi. d. §. 3. nu 82. dixit receptam Remi. Fallen. 11. num. 2. & alij ex antiquioribus ab eodem adducti. Boeri. post longam disputationem decisio. Burdegal. 110. nu. 10. Clar. d. quæst. 30 nu. 15. in fine qui communem †

77 Aduersatur Dida. d. ca. 20. num. 15. vers. verius est. credidit verius hunc immunitate gaudere ecclesiæ ex generali (inquit) regula, qua quisq. ad ecclesiam fugiens, illius perfruitur immunitate, & in suam deducit sententiam Boerium d. decisio. cum is magis alteri adhæreat saltim cogitandum ad finem relinquit Dida. sequitur Gutier lib. 3.
78 prac. qq. q. 1. num. 18. Verum † ratio illa Dida. non tam efficax est vt a receptiori abeundum sententia sit, cum regula nō tunc videlicet, vbi ecclesiæ læditur grauitas & maiestas d. cap. fina. quis enim diceret vt ecclesiam spernens eiusdem gaudere subterfugio possit, quam impię violauit. Atque ideo ratione illa tantum a communi diuelli opinione non debemus.

Temperandam tamen putauerim ipse vbi ex homicidio in ecclesia patrato punitus fuisset homicida, aliud tunc delictum admittens, & ad ecclesiam fugiens illius gauderet immunitate: vindicata enim ecclesia fuit &

iniuria illata criminis multa abolita , sic proprie respondit Boeri. d. decisio. 120. sequitur Pazi. dicto §. 3. numero. 84. & ante ipsum Remi. d. fallen. 11. numero fina. Durum enim (ait ille) videretur, vt semel in ecclesiam delinquens perpetuo illius immunitate priuaretur. Atque ideo denuo fugiens vbi de secundi agitur animaduertione delicti, illius fruetur immunitate. Sequitur Baiar. ad Clar. dicta questio. 30. numero. 22. Gutier. d. quest. 1. numero. 18. Azebed. d. l. 3. titulo 2. num. 27.

79 Duodecimus † casus, cum quis iuxta ecclesiam occidens vel mutilans cæmeteriumue in ecclesiam, vel cæmeterium aufugit: non hic immunitate gaudebit: spe enim proxime ecclesiæ cœmeteriiue, delinquisse videtur: non aliter occisurus d. cap. finali; de immunita. ecclesia. qui etsi de occidente in ecclesia verba faciat: ad hanc etiam speciem interpretes protendunt, cum & in ecclesia is delinquere censeatur, qui proxime occidit vel mutilat.

80 Hinc † fere omnes ex loco, illius etiam vicinitate præmeditati animi præsumptionem arripiunt, Alberi. Bossi. Blan. Casso. & alij, quorum meminit Menoc. de arbi. centu. 4. lib. 2. casu. 361. numero. 38. idem Menoc. de presu. lib. 5. præsump. 10. numero 12. & 15. Et ex antiquioribus prior hanc docuit opinionem Hostien. in summa. tit. de immunitate ecclesie §. nunquam admedium. Adden. ad Panormit. in dicto cap. final. Fab. in l. 1. C. de his, qui ad eccles. Socin. tractatus de citatio. quæstio. 5. vers. & quid si non delinquat in ecclesia, Mant. & alij. eosdem meminit & sequitnr Remigi. tractatu de immunitate ecclesia. fallen. 25. num. 1. & 2. Alciatus de præs. reg. 3. præsc. 23. num. 3. Dida. qui alios lib. 2. variar. resolu. capitu. 20. nu. 15.

nu. 15. verſ. viceſimo ſexto. Pazi. d. §. 1. nu. 94. Gutier. lib. 3. pract. qq. q. 1. nu. 15. Azebed. in d. l. 3. num. 26. Menoch. quem ille pretermiſit d. caſu nu. 38. Azpil. in in manual. confeſſo. cap. 25. num. 22. Bouadil. qui paucos ex his retulit lib. 2. poli. cap. 14. nu. 26. Menoc. de preſump. lib. 5. preſump. 10. nu. 7. quę ſanæ recepta opinio eſt & quam Dida. & poſt Pazi. & nouiſsime Boual. & Menoch. 5. hac defendunt argumentatione.

Inquiunt ſimile eſſe iuxta eccleſiam ſpe immunitatis il-
81 lius delinquentem † homini, qui ſpe bullæ apoſtolicæ, quibus omnium conceditur abſolutio peccatorum, graue aliquod admittit crimen: aliter minime contracturus: non enim hic indulgentiam conſequetur peccati, Lup. in repe. cap. per veſtras. de dona. inter vir. & vxor. argum. tex. in l. 1. §. hæc autem actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe ius. ca. quádo in 1. de conſe. diſ. 4. cap. illud de cleri. ex. miniſ. Dida. & Pazi. ſup. & alij quidam ex Theologis.

82 Verum † hęc opinio ſacra depellitur receptiori Theorum caterua: ſentiunt delinquentem ſpe bullæ cruciatæ, eiuſdem gaudere indulgentia: etſi non aliter deli ctum foret admiſſurus delinquens. Neque refert, priuilegio abu-
83 tenté ipſo priuari, quod illo videatur indignus: † id enim tunc vindicat, cum ius expreſsim ſtatuit. bulla autem cruciatæ, qua omnia dimittuntur, non delinquentes excipiuntur, qui illius ſpe delinqunt, & in aliquod grauius crimen dilabuntur. Atqne ideo Rodriguez in explicati, eiuſdem bullæ eruciatæ §. 9. dub. 6. nu. 99. ad fin. Dida. ſuperiorem traditioné improbat: idipſum Cord. de indul. q. 37. & q. 74. Azpil. in §. in leuitico. nu. 2. Anto. Gom. in expoſit. vndecimæ clauſulę nu. 4. bull. Ledeſ. 2. par 4. q. 29. arti. 1. Syluest. verb. indulgentia nu. 26.

84 Perro Azpilc. † dicto cap. 25. nu. 22. deſtinguit ex luſitunorum lege regia, qua nihil refert quis iuxta eccleſiam delinquat ſpe immunitatis illius: ſi enim caſu præter intentionem

tionem gaudet, animo deliberato ex proposito minime.
85 Paz. † vero non hanc legem Lusitanam ex iuris fore distin ctione arbitrantur in aduertenter, sed & fœde Azpil. repre
86 hendit. Id enim † apud probatissimos iuris nostri interpretes receptum est, vt iuxta ecclesiam fortuito & præter intẽsionem delinquens, & ad eam fugiens, illius gaudeat subterfugio: non enim spe immunitatis illius occidit, qui nulla animi deliberatione & præter intentionem delinquit iuxta ecclesiam, quia nec illius spernit dignitatem, aut iniuriam infert, vti ex Hostien. Socin. Hugo & alijs Remi. animaduertit d. fallen. 25. a pertius fallen. 3. numero 4. versi. conclusio ex prędictis resultat. Gutierr. d. quæstio. 1. numero 16 post princip. Id ipsum sequitur. Menoch. etsi is nullum referat de arbi. iud. casu 361.
87 numero 38. non † enim (inquit) locus solus præsumptionem animi indicat præmeditati: si enim rixa adfuit & iustus dolor aut ira repentina, præsumptio veritati cedit: neque in hac locum habet specie: recte ille sensit & iusta opinio est, aqua in iudicando non recedere fas sit.
88 Hinc † multi existimarunt nec delinquentem in eadẽ ecclesia fortuito præter intentionem, illius etiam gaudere immunitate, quam receptiorem scripsi fore supra vndecimo casu: etsi me minime illius albo subscripserim quã quam & eandem post temperauerim in defendente, vt inibi.
89 In dubio sane, † sicuti is qui in ecclesia delinquit spe: illius consequendæ immunitatis, delinquisse præsumitur, vti d. casu 11. animaduerti. iuxta ecclesiã vel cœneterium occidens illius spe subterfugij occidisse præsumetur, nisi aut rixa, repentinu sue motus probetur, sicut Menoch. d. casu ostendit, & Gutier. lib. 3. pract. qq. q. 1. numero 23.
90 Decimus † tertius casus, dum quispiam ab ecclesia vel

cœmeterio aliumaccidit intra ecclesiam,delicto in eccle-
sia cœpto extra ecclesiam consumato: eadem ratio in hac
vindicat specie,quæ tunc cum intra ecclesiam alterum oc-
cidit vel mutilat eadem igitur d.c.fina.dispositio , quę de
occidente in ecclesia loquitur ad hunc protrahenda est
locum , Panor. in d.c.fin.nu.11.Silues. vsrbo immunitas,
Dida. d. cap. 20.num. 15.3.q.6.Azpil.d.ca.25.nume.21.
Paz.d.§.3.n.97.id ipsum adductis multis secutus est Rem.
tract.de immuni. ecclesi.fallen. 4 a num.1.& sequen.inspi
citur enim initium in delictis regulariter, & ecclesiam,
sic offendit suo ausu occidens extta ecclesiam existentē, ac
si in ecclesia occidisset & Gutier.lib.3.pra,qq.q.1.num.23.
Tibe.Decia.li. 6. crim.ca.28.nu.6. Hippol. & alij quos se
quitur Bouadi.sup.nu.29.

91 Verum † temperanda traditio est etsi millus animad-
uertat nisi ab ecclesia occidens fuisset prius prouocatus,
seque defendens homicidium patrasset:nullam enim tunc
iniuriam ecclesię inferet defendens,neque occidit spe im-
munitatis,qui intra ecclesiam agressus alterum interimit
extra ecclesiam se occidere volentem: sic sæpius tempori-
bus nostris apud Perinęos contingit montes,vt ex aliqui-
bus banniti delictis,& intra ecclesiā degentes ab inimicis
obsessi, & se defendentes plerumq. alios extra ecclesiam
occidant Declarandam tamen existimem nostram tra-
92 ditionem ne tunc vindicet, cxm obsessi in ecclesia non
aliter sese ab hostium possunt liberare incursu : quam
occidendo : alioquin cum pauci forent inimici , & mul-
ti intra ecclesiam : ecclesia etiam tutissima foret , tur-
ris & propugnaculum in ea , vix est vt illius occidentes
immunitate gauderent. quod voluntarie occiderent. Id
autem cum incertum sit & ex varietate casuum cōtingere
possit certa regula, definiri non potest iudicis igitur recti
arbitrio terminandum est. Temperarunt altero modo
Gutierr. d. q. 1. numer.28.quoties, qui ab ecclesia delin-
quit

quit probationes offerret, se non consulto & præmeditato animo occidisse: eo in casu immunitate frui posset, vt ille inibi latius & ipse diffuse vndecimo casu. Quę etsi receptior sit suspecta est, sicut inibi scripsi.

93 Decimus † quartus casus, cum quis ab ecclesia delictum vel homicidium extra ecclesiam, fieri iubet: nam & is immunitate perfrui ecclesię non po-,est, qui turpi mandato ecclesiam fœdasse videtur, & sicut is qui in ecclesia delinquit, illius nequit subterfugio gaudere d. ca. fin. & ex his quę sup. casu 11.& 12. pariter nec qui ab eadem ecclesia homicidium alibi fieri instruxit resoluit fuse Gutier. li. 3 pract. qq. quęst. 2. nu. 11. & sequenti.

Verum ex aduerso gaudere immunitate posse mandantem videtur, quod homicidium alibi extra ecclesiam admissum sit: atque ideo immunitatis iura subsistant.
94 Ab ea pendet † decisio quæstione, an mandans ibi cohercendus, vbi delictum admissum, vel in mandato loco, dixi ipse trac. de brach. seculari lib. 3. cap. 49. numero 21. auctorita. Alberi. Iacob. Castre. Cur. Deci. Marsil. Angel. Felin. Monticel. Socin. Conrad. Proba. Remi. Clari. Bonacas. Farinaci. & aliorum receptiorem, delictum, non in mandati loco: sed admissi homicidij patratum videri. Et ideo mandantem ad eum remittendum iudicem, in cuius territorio admissum est homici-
95 dium: non enim † ex mandato mandans: sed ex delicto secuto puniendus, Bart. in l. non solum. §. si mandato. numero 9 ff. de iniu. Bosi. Clar. & alij, quos illic recensiuimus: cum obligatio † ex delicto defluat: non ex man-
96 dato. l. si quis vxori. §. neque verbo l. qui seruo. §. 1. ff. de fur. glo. in l. 1. §. persuadere. ff. de seruo. corrup. Hinc mãdantem gaudere immunitate posse videretur, quod extra ecclesiam homicidium fuerit admissum Panorm. in c.

fina. nu. fi. de immu. eccl. Barto. in l. si vt proponitur de fideius. Rem.tract.de immu.ecclesia.fal..5 nu.3.Atzeb.in l. 3.tit.2.li.1.Bouad.d. c.14.nu.38.

97 Verum enim uero † non tutam omnino hanc opinionē fore scripsi ibidē nu.24.& 25.cum mandans ex mandato solo extra ordinem posit saltim puniri vt ex traditione Bart. Ange. Alex. Conrad. Pla. Farina. Menoch. Dida. Car
98 re. & aliorū annotaui. Affectus enim † in atrocioribus non
99 secuto punitur effectu,& verius ipse post alios † censui ex solo homicidij mandantem extraordinarie puniri pœna posse:& de in ad iudicem loci,vbi homicidium fuerit patratum remittendum,vt ex eo multetur:quę latius ibi.

100 Hac igitur veriori accepta traditione iusta distinctione superior potest quæstio terminari,aut agitur de immunitate ecclesiæ ex mandato in ecclesia instructo ;& non mandans immunitate gaudebit:quia ecclesia violata,& summa fuerit iniuria affecta,aut de homicidio extra ecclesiam, & gaudere hunc verius est, quando non in ecclesia fuerit homicidium admissum præsentit post alios quosdam distinctionem Remi.d.fallen,5.ad fin. Azpil.d ca.25.nu.21.Paz.
102 d.§ 3.num.98.Ex hoc ipso † casu defluit alterius decisio, cum extra ecclesiam degens in ecclesia adstantem occidi mandat: aut enim de immunitate agitur ecclesię ex mandato,vel homicidio ipso immunitate minime perfruatur mandans sin mixus ex homicidio non denegabitur, vti ex Socin.Felin.& alijs sensit Remi.fallen.7.Paz.d.§.3. nu. 100: & licet Guti.lib.3.pract.qq.quęst.num.15.hanc improbet distinctionem:ab ea tamen iudices non recedere debent quod iusta sit.

102 Decimus † quinctus casus in eo est,qui ecclesiam stans. in eadem aliquem occiderit,vel mutillarit:non hic gaudet, ecclesię immunitate:quoniā ecclesiam suo fœdauit ausu, & illius sacrā deturpauit auctoritatē d.c.fin.fuit enim vere homicidiū in ecclesia patratū:etsi alibi cœptū. Pan.in d. c. fin.

fin. vbi alij post Dida. a Bald. Castren.Marsil.d.cap.20. num.15.vers. vigesimo septimo.Azpilcue.d.cap.25. num. 21. Remigi.fallen. 6. Pazin.d. §.3.nume.99. quæ receptior sententia est, & licet Gutier. in pract.qq.q.1.num. 23. contrariam tutari aduersus Dida.tentarit, leuissimis tamẽ & nullius pretij argumentis Et tandem in eandem concen dit.Decian.2.to.crimina.li. 6. ca. 28. nu. 9. Bouadil. d. c. 14.nu.29.Ex his hec recepta defendi sententia potest,qua nos ip si tract.de brachio secul.scripsimus 3.li.ca.49.sagittã
103 † immittentẽ ab vno in aliud alicui territorium ab eo puniri iudice vbi homicidium sagitta fuerit consumatum ex Bart. & multorum traditione:sin minus, vt alij autumant ab vtroque iudice proinde non semper remissioni locum esse,vt hęc & alia inibi a me.

104 Certe nõ † superior regula vindicare potest, cum extra ecclesiam occidens eum,qui intra ipsam foret,se defendẽs occideret, vel mutilaret, defensio licita sit,& sicut de eo dixi supra vndecimo, & casu decimo tertio, qui se defendens intra ecclesiam quemquam occideret.

105 Decimus † Sextus casus,cum quis vi quemquam ab ecclesia abducit, & extra ecclesiam in loco occidit non sacro, non gaudere immunitate potest: vim enim occiso prius:demum ecclesiæ intulit & iniuriam d.cap. fin. vbi Hostien.& Panor.numero. 10. Remi. 9.fallen. Azpilcue. d. cap. 25. numero. 21. Pazi. d. §. 3. numero 101. sic illi omnes sentiunt, neque aliud amplius dicunt. Ve-
106 rum mihi † vere traditio hęc declaranda videtur, vt tunc vindicet,cum agitur de vi illata: an scilicet immunitatis iura ille ammiserit, qui vim intulit, at si de delicto & homicidio extra ecclesiã patrato, gaudebit certe occidẽs: non enim nunc de vi illata in ecclesia agitur: sed de homicidio,& cũ diuersa sint,& in diuersis patrata locis: ius etiã diuersum constituendum est.Sic etenim & omnes scripsere in eo casu,cum in ecclesia existens homicidium extra ec

clesiam fieri mandauit:non enim immunitate gaudet man dans,si de mandato ageretur cohercendo vbi de homicidio maxime:quia extra ecclesiam admissum est,& non in iuria illata ecclesię fuit,aut illius sacra violata: libertas, vt ex Panor.Remi & alijs scrisi sup.casu 14.

107 Id ipsum censeo, etsi nec interpretes reminiscantur, cũ dolo quispiam: quemquam ab ecclesia extrahit, vt postea occidat: nam ob dolum in ecclesia admissum dolosus minime immunitate gaudere potest: id autem verissimum est, neque dubitari potest. si enim insidiose quemquam ad locum quispiam duxerit, vt occidatur: minime immunitate gaudet: vti ex vera omnium resolutione seripsimus supra nu. 57. ex l si obstetrix, vbi glo.in verbo factum. ff.ad l. Aquil. maiori certe ratione. qui in ecclesia ipsa dolum parans & insidiose ducens occisum, non immunitate gaudere potest quod ecclesiam dolo & sua iniuria violauerit.

108 Neque † aliud dici potest in eo qui mandauit cuipiã, vt existẽtẽ in ecclesia abduceret,& foras mitteret vt occideretur vel mutilaretur ex mãdato leditur ecclesia:atq;ideo mã dãs minime illius frui immunitate poterit, si de homicidio ageretur potest,vt post antiquiores Remi,fallen. 10. nu. 4. Azpil.d.c.25 n.21.Paz.d.§.3 n.102.dixi latius casu.14.

109 Decimus † septimus idẽ nouus non ab aliquo agitatus, in eo,qui actu & re ipsa confitentem sacerdoti,occidit, vel grauiter vulnerat:id sępius malo nostro cõtingit cũ inimici secũ congredientes,& vndiq;decertantes vulnerãtur grauiter.& ex vulneratis semi mortuis cõfessionem aliquj acclamantes sacerdoti confitentur,interim sacerdotis, & tanti necgecta veneratione& reuerentia sacramenti confitentis ab inimicis occiduntur: non ipse reor eos immunitate posse gaudere ecclesię, qui in sacramenti confessionis vilipendium tantum admittunt facinus; ecclesiam,Deum maximum sacramentorum,& bonorum omniũauctorem & lar-

& largitorem, sacerdotem etiam contemnunt, & ledunt, iniuriam sacramentis inferunt, & veluti impudici hæretici existimandi, qui digni non sint, vt ab ecclesia recipiantur arg.d.a.fin.de imm.eccle. Quod si insidiosa homicidia patrantes, & proditoria & qui in ecclesia occidunt, vel extra ecclesiam spe ad eam confugiendi immunitate priuantur: tum & violatores ecclesiarum maiori hercle ratione, qui in dedecus tanti sacramenti interimunt. Id ipsum censeo & desumentibus reliqua sacracramenta, vt si interim occiderentur, immunitatem amitterent occidentes.

110 Decimus † octauus, veneno occidens immunitate non gaudet: proditorius enim homicida est, & tuto incauteque interimit ausu insidioso: ideoque proditorij & impij legibus damnantur Bal.in c. 1.qui.mo.feu.ami. Felin.in c.1.de hom. Paz.d.§ 3.num.121. Decia. Giga. & Boeri. eos sequitur Boua.d.cap.14.nu.74.

111 Magis enim delinquit qui veneno occidit: quam gladio interimit l.1.C.de malef & mathem. † id ipsum de his qui sortilegijs & diris excrationibus, incantationibus ve homines occiderent: hoc enim grauissimum facinus est, impiũ & insidiosum, his similes alij, lamiæ, quique pręter rerum ordinem aduersus Chtisti, & ecclesiæ traditiones interimunt, aduersus quos acerrime fuerunt pœnæ indictę, vt per Carre. in pract verbo veneficorum, & in verbo sequenti maleficorum. Clar. & alij ex his, qui criminales agunt quæstiones passim. Non igitur ij (etsi nullus animaduertat) gaudere immunitate poterunt, quod scelera tissimorum genus hominum sit, insidijsque nefandis detestabile.

Decimus nonus, † occidens pater filium, aut filius patrẽ immunitate frustratur; qui enim fieri potest, vt tãtã tamq; dirm & execrandam præcauere pater filij audaciam possit. Respondit Parisi.consi.96.lib.1. Paz. sup. numero. 123.

Verum hic caſus nullam continet dubitationem: ſi enim quilibet alius quiuis, ile ſit, alterum occidens præmeditato animo, vel ex inſidijs, non immunitate gaudet, minus multo filius patrem interimens.

112 Declaranda † igitur, (ne quemquam fallat Pariſij traditio & Paz.) vt non quouis parricidio in patrem admiſſo filius immunitatis iura amittat ſed ex inſidioſo vel incauto: alioquin ſi ſimul pater & filius digladiarent, & vnus alterũ in rixa occideret, non ex qualitate ſola parricidij filius immunitatem amitteret nullibi enim id iure cautum, vel ab aliquo dictum.

113 Vigeſimus † caſus, ſocium occidens & in itinere vel alibi interimens, immunitatem amittit: quomodo enim potuit ſocius id precauere ab eo, cuius perſonam itineris ſociam eligerat, tutamque credebat. Bar. in l. reſpiciendũ, §. 1. de pœn. Remi. fallen. 14. Pazi. d. §. 3. nu 125. ſed & hic caſus nullam continet dubitationem ſicut ſuperior: ſi enim quilibet alius, etſi non ſocius inſidioſe agens & alium interimens immunitatis iura amittit: magis multo ſocius, qui ſocietatis iura inuertens & fidem

114 fallens, ſocium necat. † Ceterum hec traditio ſic vt ſuperioris caſus interpretanda eſt, vt ſi ſocius, forſitan cum ſocio rixans, eum occideret: immunitate gauderet: non enim ex ſola ſocietatis qualitate, immunitas amittitur: ſed cum ſocius inſidioſe & caute ſocium interimit: id enim inſidioſi hominis eſt & ſceleſtiſsimi.

115 Vigeſimus primus, † aſſaſsinus, qui pecunia quemquam occidi iuſſerit, is certe nõ gaudet immunitate, quod crimẽ vſque in cœlũ deteſtabile ſit & grauiſsimũ, c. 1. de hom. in 6. inſidioſe enim agit, vt alter occidatur: is igitur mãdans, nec mandatarius minime eccleſiæ indultis & libertate perfrui poterunt, ſic multorum auctoritate ſcripſit Remi tracta. de immuni. eccleſi. fallen. 16. numer. 8. & 9. Dida d. c. 20.

d. cap. 20. nu. 10. ad finem, Pazi. in d. §. 3. num. 140. Mant. lib. 5. obſerua. 41. Placa. in epi. delicto, cap. 19. num. 24. qui & illic communem recenſet ſicut & receptam teſtatur Farina. 1. tom. qq. crim. quæſtio. 28. nu. 26. etſi is inibi nec Dida. nec. Pazi. meminerit Gutier. lib. 3. pract. qq quæſt. 7. num. 50. vbi idem Gutier. alios affert deciſsionem etiam nouam Grego. 13. quam ſupra
116 memoraui. Boua. d. ca. 14. nu. 76. Protendit † idem Farina & recte etſi ſecutus non fuerit effectus: ſecundo in receptatoribus, & opitulatoribus, Placa. d. cap. Farina Dida.
117 Pazi. omnes hac vtuntur ratione, † quod in grauioribus & atrociſsimis, quorum auſu clerici exauctorantur & curię traduntur ſeculari, immunitas minime delinquentibus conceditur eccleſiarum, vt paſsim noſtri docent, & pleriſque adductis reſoluit idem Farina. d. q. 28. numero
118 8. Aſſaſsinio † autem clerici degradantur & curiæ traduntur ſeculari d. cap. 1. eandem amplectitur Gutier. d. quæſ. 3. num. 54. qui & alios.

Aſſaſsinos eos vocant interpretes noſtri, qui Chriſtiani cum ſint & catholicam amplexati fidem, in hoc incidunt crimen Domi. Anchar. Francus, Gemini. Prob. Archidi. in dicto cap. 1. Remi. d. fallen. Bart. in l. non ſolum, §. ſi mandato. ff. de iniur. ſic etiam intellexit Gom. lib. 3. reſolu. ca. 3. nu. 11. Clar. & Baiar. ad eum in §. homicidium. Farina. dicto
119 loco, Pla. d. cap. Gutier d. q. 3. nu. 51.

Non enim † mihi placet interpretatio Dida. qui aſſaſsinos eos eſſe ſcribit, qui infidelium opera principum Chriſticolas interimunt, & de his loqui proprie tex. in d. ca. 1. de hom. quoniam interpretatio hæc ad illum tex. admitti non poteſt: inter ceteras enim pœnas in eo. ca. aduerſus aſſaſsinos inflictas potiſsima excommunicatio eſt at ſi de infidelibus occidere Chriſtianos curantibus tex. ille loqueretur, non inflicta ex communicationis foret cenſura, qua hi tantum conſtringi poſſunt, qui intra eccleſiam ſint: ethenici

enim, Mauri, qui que extra eam fuerint minime excommunicari possunt, ca. gaudemus cum vulg. de diuor. Hanc igitur assassini pœnam patiuntur, vt nec his ecclesia opituletur, cum ad eam confugiunt: iniquissimum enim est. flagitium. pestilens & inuerecundum, vt quos Deus maximus sui corporis sacrosancti sanguine & pretio redemit, eorundem sanguinem pretio & pecunia profundere vel-
121 le: † nam & mulier, quæ accepta pecunia fœtum etsi inanimatum abortu ambigerit mortis pœna coercetur. l. Cicero. ff. de pœn. licet aliter sola metalli pœna iniungenda vel honestior releganda. l. si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pœnis.

122 Vicesimus † secundus, clerici & religiosi si quando in homicidia prorumpant, & ad ecclesiam confugiant non immunittate gaudent, glo. in cap. nullus 17. q. 4

Neque enim ius canonicum respexisse, nisi ad laicos videtur, non clericos vel relligiosos, quorum admonuit rectores & præsides pontifex vt idoneam cautionem a iudicibus exigerent secularibus, ne aut mortem, menbrorumne mutilationem in eos qui extrahuntur irrogarent. Non enim de elericis vel religiosis censisse videtur, quorum cohertio & multa ad eosdẽ pertinet ca. cum ab ecclesiarum prælatis de offi. ordi. ca. reum ca. constituimus. 18. q. 4.

123 Verum hæc duo † Tudis. argumenta, quibus suam tuetur opinionem in cap. inter alia nu. 13. de immunit. ecclesia. euelli possunt, quod auctoritas glossæ probabilis sit: non necessaria. Secunda ratio leuissima est: etsi enim tex in d. ca. inter alia de laicis meminercit, non cleri eis, id ex eo factum existimem: quia raro clerici (quorum eximia, esse sanctitas debet) in tam graue homicidii scelus prorum pant: lex autem ad ea, quę frequentius accidunt constitui solet, l. nam ad ea. de legi.

Argumentatur tertio Panor. apertissimamque fore ratiocinationem dicit: inquit relligiosos fere nunquam clau-

stra

ſtra egredi monaſterii,ca.placuit 16.q.1.nu.2. ij tamen ſi delinquant intra ſepta,verberari,cœrceri & multari a præſidibus poſſunt, cap.vniuerſitatis.de ſent.excommunic.ca.
124 fin. cum multis. de regula idipſum de clericis ſtatutum.† Nam & intra eccleſiam epiſcopi iudicant ca.præceptum. 2.q.2.cum aliis, quæ ille inibi. Sed & hęc ratio vitari poteſt cum ſiue laici ſint ſiue religioſi in eccleſia delinquentes non ex eo immunitatem conſequentur:quia eccleſiam ſpernere & eidem iniuriam irrogare cenſentur, vti latius dixi ſupra caſu. 11.

Quarto argumentatur Panor. in ſummum fore eccleſiarum dedecus immunitatem clericis vel religioſis con-
125 cedere delinquentibus † non enim eccleſia defendere ſcelera clericorum debet,quos ſanctos eſſe oporteat c. oportet 80.diſ.atque pro exceſsibus deponi, grauiter coherceri & puniri iubet,cap.atſi clerici.cap.cum non ab homine.de iudi.Hæc enim argumentatio in clericis vindicat, qui ſeſe ſoeuis & illicitis immiſcentes ab eorum prælatis extra eccleſiam capiuntur:non ſic in his quæ ſeſe receptui dederũt eccleſias ingreſsi, alioquin (quod abſurdum foret)deterio
126 ris † clerici quam laici cõditionis forent.Sanctos autẽ eſſe clericos oportet,neque eccleſia eorum defendit ſcelera:id enim de his intelligenda regula eſt criminibus,quibus immunitate non gaudent,qui ea admiſſerint:alioquin ſecus.
127 Sed neque † quinctum argumentum officit ex Clen.1: de priui.vbi grauitter relligioſi coercentur, qui in ea delinquerint:nam &de his intelligendus textus criminibus,quorum grauitas non immunitatem tollit eccleſiarum.

Extremo argumentatus,ij (inquit) qui in eccleſia delinquunt illius minime perfrui poſsint immunitate d.c. ſic fieret vt nuſquam clerici, vel religioſi, (qui vix eccleſias vel monaſteria exeunt) delinquendo,puniri vſquam poſſent, quod ſæpius in ea delinquant:id autem aduerſari d. c. nullus 17.q.4.c.2.cum illorum.de ſented.excnmmuni.

Cęterum

Cæterum argumentum hoc fragile est, quid enim vbi extra ecclesiam delinquunt, sæpius enim homicidia, quæ ab his admittuntur, extra ecclesiam patrantur, quibus immunitatis iura subtrahere, impium videretur. Ceterum hanc Panor. opinionem tenuerũt plerique, eamque iudiciorum proxim amplexatam fuisse vbique Diaz testatur in prac. cano. cap. 115. Remi. qui multos trac. de immuni. ecclesia. fallen. 21. Azpil. in manuali confess. cap. 25. nu. 22. Clar. in prac. crim. §. fin. q. 80. vers. vlterius. Dida. d. cap. 20. nu. 16. Pazi. d. § 3. nu. 141. & post Clauas in summa. Siluest. & alios sequitur Mencha. trac. de successo. crea. §. 22. n. 54. Gutier. in prast. qq. q. 3. nu. 3. praxim admisisse autumat. Bouad. dicto cap. num. 57.

129 Aduersam sententiam † tenuere alij multi, quorum & crebrior veriorque opinio est: non enim canonicæ sanctiones clericos a laicis seiungunt, aut discrimen aliquod inter eos constituunt, vnde nec id interpretibus licet l. de pretio. ff. de publici. in re. Secundo cum ecclesia domus sit clericorum: domus autẽ propria tutissimum sit cuiusque subterfugium, l. nemo de reg. iu. l. plerique de in ius voc.

130 difficilius ab ea abduci clerici poterunt. † Tertio immunitatis iura non personis, sed ecclesiis concessa fuere: sic igitur ecclesiasticas, sicut laicas comprehendet personas delinquentes.

Rationibus his tribus Roma. consi. 234. post Inno. Cardin. & alios quosdam antiquiores illic respondit aduersus Panor. Mandos. ad Roma. d. consil. Vis. tract. de immunit. ecclesia. eum adduxit Remi. fallen. 21. veriorem opinatur Diaz d. cap. 115. Dida. Clar. supra adducti Farina qui & alios to. 1. qq. crim. tit. de carceri quest. 28. nu. 7. a qua non

131 recedere quemquam † posse opinatur nisi consuetudine Panor. sententia recepta foret alicubi. sed & idem panor. plurimum consuetudini tribuit in hac contrauertia dirimenda eandem post Azebed. Mayne. Villa & alios quos-

dam

dam sequitur Gutier.in prac.qq.q. 3. a nu.1. cum sequen. Visc. autem, Remi. & alii apertæ hanc probari putant opi-
132 nionem † Ilerdensis patriæ nostræ carissimæ, decreto, in cap. 8 illius consilii, cap. nullus. 17. q. 4. Nullus (inquit) clericorum, seruum aut discipulum suũ ad ecclesiam confugienté extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec digne pœniteat a loco, cui honorem non dedit, segregetur: hęc tex. ille.

133 Verum † enimuero tex. ille vitari potest: non enim loquitur de homicidio alioquin grauissimo, & atrociori delicto: sed aliis leuioribus delictis, quę nisi vel flagella: minoremue postulent vindictam, vti idem tex. scribit. Neque verisimile est voluisse sacrum Ilerdense consilium homicidii casum alioquin ab eadem ecclesia in clericis detesta-
134 tum in cludere. Neque † tres illæ priores Roma. rationes, quibus nullus respondit, faciunt. Non prior. Etsi enim minime canones inter clericos distinguant, & laicos: ex vi tamen legis canonice, & illius apertissimamente distinctionem conijcimus, vt cum hi probatissimi esse debeant & immaculati, quorum scelera minime defendat ecclesia, vt Panor. dicebat, occidendo deterioris esse condicionis, quam laici debeant.

235 Non † secunda. non enim in grauibus tuta domus Cuiusque est neque l. nemo. de reg. iu. hodie obseruatur: sed etsi id affioret, vel ex eadem ratione clerici homicidæ immunitatem amitterent: quia in ecclesia ipsorum domo delinquant, vt Panor. animaduertit.

136 Neque tertia: etsi enim locis sacris immunitatis iura concessa sint, non personis, atque ideo clericos gaudere: lemma sic interpretandum est, nisi ad ecclesiam confugiẽtes ea admittant crimina, quibus immunitatum iura amittuntur, vt ex homicidio a clerico vel laico patrato insidioso scilicet vel præmeditato.

137 In quam † ipse conscendam sententiam, vix scio, posse

nou•

noue conciliari vtrasque contrarias putem: aut clerici & religiosi in eadem, qua, delinquunt ecclesia, degunt, aut extra ecclesiam, vti hodie omnes clerici, eo in casu homicidio extra ecclesiam admisso ad ecclesiam confugientes gaudere immunitate existimo, nisi animus ex aduerso confugiendi coniecturis (vti id solet) probaretur, si intra ecclesiam degant & occidant minime ecclesię libertate perfrui posse opinor cuius fœdauerint dignitatem inuria affecerint & violarint sanctitatem & memini, me † Ilerdæ pubescente, extra cœnobium diui Francisci nocte, quendam egressum monachum, ingressum post diui Hilarij monialium monasterium, quod ad duorum millia ab altero plus minusue passuum distat, parietibus supergresis in cellulam cuiusdam monialis, quam ipse supra modum oderat, causam reticeo, ingressum, eandem mucrone occidisse, qui post captus, & ab ordinibus exauctoratus, curiæ traditus seculari, tracidatus fuit. Tutius igitur vti animaduertunt Panor. Clar. Did. Paz. Farina. Azebe. Gutier. & alij, eam ex his sequi, quam amplexata fuerit consuetudo.

138

139 Vigesimus † tertius. non difficilis, cum qui sese receptui & pedibus dedisset ecclesiam ingressus libere, post egressus ab regijs administris captus de homicidio accusatur: non enim sufficit ad ecclesiam confugere, & semel eam ingressum egredi postea, vt occidens immunitate
140 fruatur, nam cum iura † canonica vim fieri in ecclesijs vt abducantur interdicant dicto cap. inter alia. §. 2. & toto titulo de immunitate eccle. Volentis autem nulla sit iniuria, cap. scient. de reg. iu. in 6. sic immunitatis post libertatem vindicare absonum foret cap. frater. vers. reluctantem 17. q. 4. in hanc omnes comueniunt sententiam, Hostien. Colle. Ioan. And. Cardi. Ancha. Panor. in dicto cap. fin. Hugo, Archidia. Vis. & alij, quos memorat Remi. fallen. 12. Azpil. in man. confes dicto capitulo 25. nu. 21. ad finem Pazi. dicto §. 3. nu. 165.

Vige-

141 Vigesimus † quartus, cum clericus occiditur, non occidens gaudet immunittate: cum enim in ecclesia delinquens & occidens illius nequeat (quan violarit) perfrui immunitate dicto cap. fin. de immunitate ecclesia. dixi supra casu ij. maio i hercle ratione in clericum impias inijciens manus vel occidens, cum digniores rebus persone sint idipsum non obscure vnus † ex his, qui ad
142 illum tex. afferuntur sensus, cap. nullus 17 quæstio. 4. probat, quo censueuerunt plerique probari clericum alterum percutientem in ecclesia, abduci ab episcopo posse & puniri glosa & Inno. in dicto cap. finali. de in ecclesia.

143 Ceterum † prior ratio euelli potest, quod etsi personæ digniores sint, non tamen personis: sed locis sacris immunitatis fuerit libertas concessa vti Azpil. & alij, quos mox adduxerim, existimant. Neque tex. in dicto cap. nullus, id probat, alius enim est verus illius capitu. sensus. qui vulgo ab scriptoribus illic circumfertur.

Tenuere tamen superiorem opinionem Archidia. in dicto cap. frater 14. quæst. 4. Innocen. in dicto cap. fin. Anchar. in regula eaquæ de regula iu. Gigas. qui alios tract. de crim. læs. maiest. libro 1. rub. quali. & a qui cri. læ maiest. quest. 10. numero 16. Berbe. in via. iu. rubrica 33. versiculi secundus in interficiente clericum, Boeri. decisione 109. numero 7. vbi & id magis in vulnerante sacerdotem obseruatum testatur. Iad. Damho. in pract. crim. cap. 106. rubrica de viola. templo. numero 14. Id ipsum nouissime Farina. sequitur tomo 1. qq. crim. titulo de carcera quæst. 28. numero 28. & 29. qui eam addidit rationem: quoniam sacrilegium (inquit) ad. mittens ecclesiæ subterfugio, & illius minime gaudet immunitate, vt is idem eadem quæst. numero 12. per-

144 percutiens autem clericum † sacrilegus est ca. si quis deinceps. 17. q. 4. consequenter nec is, qui in personam ausit sacratam sacerdotis manus inijcere, immunitate perfrui poterit. Sed & hęc ratio non tuta est: vt enim sentiunt Remi. Azpil. Paz. & alij priuilegium immunitatis, non personis: sed ecclesiis concessum est, proinde sacrilegium aduersum ecclesias commissum, immunitatem tollit: non id, quod aduersus ecclesiasticas personas eandem cum alijs sequitur Boua. d. cap. 14. nu. 46.

145 Contrariam itaque docuere † opinionem Boeri. decis. 109. n. 3. Remi. fallen. 32. Azpil. in man. confe. cap. 25. nu. 19. Paz. in prac. d. §. 3. nu. 169. 170 171. & hi adducta nunc argumentatione vtuntur, quod immunitatum iura ecclesiis non personis fuerit concessa. Neque officere putant tex in d. ca. nullus loquitur enim de clerico, clericum percutiente, qui non gaudet immunitate.

146 Ego ipse veriorem putauerim prioré, quæ crebrior est: nam etsi rebus & sacris immunitas concessa ecclesiis fuerit: negari tame nequit, quin dignior sacerdos sit laico, quod si laicum occidens, & ad ecclesiam fugiens, immunitate frustratur, magis qui clericum occidit. Rursus non ne sacrata persona sacerdos est, & aduersus sacerdotes audax sacrilegium committit? vt supra dicebam. sacrilegium autem admittens immunitate priuatur: neque distinxere iura canonica inter eum, qui res sacras violauerit, & eum qui personas: quinimo vno iure omnes vt sacrilegi coercentur: sub inde nec gaudere immunitate poterunt.

147 Verũ ipse † noue & vere contrarias posse conciliari opiniones putauerim: prior tunc vindicat, cum occidens clericum non priuato odio: sed illius officij vel dignitatis nacta occasione occidit vel mutilat, vt quia aduersus occidentem agens clericus ecclesiarum iura, aut patrimonium defenderet, vel fraterna caritate increparet argueretue occisorem: in hac sane specie, quod Dei vel ecclesiæ odio

odio occideretur, minime immunitate posset gaudere: quia Deū O.max. primū: demū ecclesiā supra modū offendit, & illius iura, decreta, & libertatē lædit. Quod si odio priuato, nulla, quod clericus sit occasione occideretur. immunitate tūc gaudere existimauerim: nō enim vti clericus occiditur sed vt alius quispiā. Simile perhibēt interpretes nostri in eo, qui regiū occidit, vel mutilat ad ministrū, si priuato occiditur odio: nec crimē lęsæ maiestatis admitatur, nec ordinaria in occidentē pœna datur, si vt regius interim officialis, & crimē admittitur maiestatis, & ordinaria in occidētē pœna inflingitur, resoluit multorū auctoritate post veteres Farina. 1.to. qq. crim. tit. de delic. q. 17. nu. 39. & 40. & hæc veriora videntur proculdubio.

148 Vicesimus † quintus, cum lege regia pacis fœdera perfringentes vti proditores habeantur, si quispiā inita pace, aut indicta cum alio treuga eundē occiderit rixās, nō ad ecclesiā fugiens gauderet immunitate, quod regia lege vt proditor sit iudicādus: cūautē proditorius homicida immunitatē amittat, vt superius scripsi, hūc sicut proditorē, subter fugio quoq. ecclesiæ frustrādū videbatur. Aliud ipse censeo: non enim quoad immunitatū iura amittenda leges humanæ principū statuere quicquā possunt, proditorē efficere, proditorū pœnas publicā, aut priuatā pacē infringentibus infligere leges queunt: ecclesiarū iura tollere, augere, vel minuere. illis minime licet: sic multis in simili resoluit Gutier. lib. 1. pac. qq. c. 1. n 9. 10. & 11. & erudite prolixius Paz. 5. p. 1. to. c. 3. § 3. n. 151. 152. 153. 154. Sed & ego ipse ad solos spectare Pontifices maximos tradidi in 2. anteludio sup. n. 17. immunitatū iura, tollere, augere, vel minuere proin placita principū nulla assore, quæ aliud sentirent vel statuerent, vt ex Panor. Fab. Alex. Cassom. Alcia. Molin Dida. Remi. Gutier. Bellar. Cardina. illustrissimo scripsi ibi de n.

149 His homicidiorū casibus exaratis opportune nūc quę in dubiū maxime refricari possūt quinq. quæstiones agitandæ: prior illa: an quoad perdēdę immunitatis priuilegiū delicti admissi plena, aut semi plena probatio requiratur. Difficilis certe quęstio, nec satis a nostratibus elaborata: etsi nō ignorē millies in hoc iudicatū principatu, semi plenā sufficere, & apud omnia fere alia Hispaniarū regna

id ipſum declaratum,ſicut & in Aragonia Portoleſi cõdiſcipulus
olim Ilerdæ patriæ teſtatur in ſcho. ad Molin.ſub foro 8.Mõtejo.
quæſt.8.idipſum dũ Maioricarũ ſenatus regius foré cõſiliarius,ob
ſeruatũ memini:apud Luſitanos ſcripſit Gã.deciſ.279.&deci.281
ſed & apud regna Caſtellæ deciſioné illã Luſitanorũ obſeruatã ſæ
piusfuiſſe aſſeuerat Flore. in addi.ad dictam deciſio.179. quã no
tandam dixit. Sane aliud alij ex Hiſpaniæ vlterioris interpretibus
opinãtur,vt mox dixerim. Sed & idé Gam.alibi deciſio.281.ad ſi
né cũ Auendaynũ per legiſſet,qui cõtrariã tutatur opinioné: uõ il
lius improbat ſententiã. Idipſum Auenday. poſt altera impreſsio-
ne,Gam.adducés, neq. illius auſus eſt improbare iudiciũ. Ego au
té quid iuris videatur libere dixerim † Gam Portoles & regnorũ
150 praxis vna ratione defenditur,quod Panor.in c.ſi clericus laicũ n.
9. & Felin.illic. n.2. docuerint,ſemiplenã ſufficere probationé etſi
de aqualitate,† quę cuiquã iuriſdictioné tribuat ageretur,ſuperad
dit Portol. tex.in c.1. de homi. vbi & interpretes ait docere cleri-
152 cũ aſſaſsinũ fori amittere priuilegiũ,cũ ad delicti probationé,con
iecturæque apud bonos probari poſſent adducerentur.
Gãma. † porro deciſ.179.aliquãdo in fauoré aſſerit eccleſię iudica
tum et ſi poſt aduerſum nihil autem adducit , quod ſuam
153 poſsit opinionem tutari. Contrariũ † igitur ſentẽtiã tenuit Plac.
in epi.delic.c.29.n.23. apertiſsime Auenday. tracta. de exequé.
manda. reg 1. p.c.22.n.3.4.5. & ſeq. vbi nu.9. addit, reũ ad eccle-
ſiã fugienté in atrocioribus minime illius perfrui libertate immu-
nitatis: id tamé interpretãdũ quoties integra veraq. probatione deli
ctũ admiſsũ fuiſſe cõſtaret,ſecus vbi vel indiciis, aut pręſũptionib9
tãtũ, ꝙ nemo ex præſũptionibus dãnari pœna ordinaria debeat.
Superaddit † idé Auenday.n.7.nuſquã tertio præiudiciũ fieri(vti
154 in hac ſpecie eccleſiæ)neq. illius poſſe infringi priuilegiũ præſum
ptis probationibus aut coniecturis,quæ ſæpius iudices & homines
fallunt,vti ex Felin.Hypoli. Bal.Carreri.& aliis exiſtimat & dixit
idé n.5.6 Lenocinij crimé,& alia quædã nõ præſumptiones ad-
mittere ſicut & ſentétia ex falſis teſtibus,probationibusue lata nul
la eſt præſumpta minime,& ideo reſtitutione opus eſt.
155 Quarto † nõ minimũ præſtare opinioni auxiliũ putat Aretin. tra
ditioné in c.cũ nõ ab homine de iudi.is docuit nemine clericali
poſſe pręſumptionibus,priuilegio fruſtrari, niſi ſecularis iudex ve
ris

ris id probationibus viderit; robari.Cassa.in cõsue.Burgũ.rub.1.§.5 n. 66.verbo nagrace.

Quincto † notorius proprietatis defectus petẽti obstat restitu-
156 tionẽ c.ad decimas d e resti.spoliato.c.significasti.cũ vul.de diuor. sic tamẽ intelligẽdũ declarat nostrates,cũ veris probationib. defectus proprietatis innotescit,si presumptis secus,vti ex Rosel.& aliis scribit,vbi & alia quædã nõ iniucũde notatu miscuit Digna. Et cũ Gãma.post secundã tractatus Auẽdy.æditionẽ,suarũq. decisionũ Auendayũ perlegisset,nõ illius ausus est opinionẽ improbare decisio.281.quanquã decis. 279 nihil ad institutũ facere dixerit. Aretin.&Casa.traditiones ab eo adductas,cũ tamẽ sup.modũ cõferãt.
157 Sexto † adduxit n.6.Anchar.consi. 408.respõdit magna auctoritate,statutũ,cũ voluit quẽpiã pro cõuicto , & cõfesso haberi , non quoad qualitatẽ,quæ grauius reddit delictũ intelligẽdũ:hęc enim nõ præsũptis:sed apertissimis probationib.deferẽda est,neq. ficta ex contumacia,cõfessio sufficit, Zazi.in l.2.ff.so.mat. His ipse addiderim Ias.in l.si duo patroni.§ si quis iurauerit n.9.de iniu. Augu. ad Ange.de malefi.in verbo,qui dñs iudex n.4.& 38.Forleri.prac. crim 4.p.verbo cõfitẽtur n.9.Benedic.ad c.Reinũcius verbo mortuo itaq. testatore n.268.de testa.Hypol.in prac.crim.§. post quã. n.62.Cathari in tract.de execu.sent crim.n. 358. etsi is inibi multos cõtrariũ sentientes,quorũ nõ receptior opinio est, adduxerit.

Multis † hercle probari Auẽda.sentẽtia potest nã & assassiniũ nõ
158 veris nisi probationibus elucidatur,etsi cõiecturę adsint,quibus crimẽ præsumi possit,tũc maxime cũ de clerico assassino ageretur a iudice seculari puniẽdo,Iuã.And.Gemin.& alii in d.c.1. de homi. Alex.Carre.Plac.Brun.Mõticel.Rolã. quos seriatim recẽsuit pulchre Farina.1.to.qq.crim.rub.de inquisitio.q.8.n.75.agitur enim de ecclesię & tertij præiudicio & incõmodo. Octauo nõ parũ iu
159 uerit,fictã ex cõtumacia cõfessionẽ,verã nõ dici delicti probationẽ,sicuti Ange.Forler.Benedic.Marsil.& Rolã.superius scripsere, quibus ad stipulatur Farina. 1.to.qq.crim.rub. de delic.quæst.24. nu.174.vbi ille sic ratiocinatur:quãdo quis ex alterius conuenitur delicto,haud quidẽ præsumptã:sed verã exigi probationẽ, Noni. cõs.94.nu.3. Quod si aduersum contumacẽ ficta:licet ve æ cõfessionis vires sustineat,in præiudiciũ icõtumacis intelligẽdũ,nõ tertijcui ficta nocere cõfessio nequit nã illius minime personã egre-

 ditu

ditur,l.eius qui delatorẽ.ff.de iu.fiſ. ſic & ille argumẽtatur † cõtumaciã patris & præſumptã illius cõfeſsionẽ nõ filio nocere,aut fi-
160 lij patri obeſſe,vti ex Nell & Ange. adduxit. Carta. Caſ. Benedic
161 Alcia. Aſhan Bruno. Boſsi.& innumeris,quos luculenter afiert.
Suſpecta † igitur,ne dicã,iniqua praxis videtur,quæ intertij ad eccleſiã cõfugientis:tũ eiuſdẽ eccleſiæ voluerit ſemiplenã ſufficere
162 probationẽ. Neq. oberit † c.1.de homicid. verbis probabilibus argumẽtis. Nõ enim inficiari poteſt argumẽtis & cõiecturis,indiciis & præſumptionibus aſſaſsiniũ poſſe probari. Cæterũ ita intelligẽdũ,dũ indicia,cõiecturę & præſumptiones pleniſsime probentur: nã ſemiplena minime ſufficit probatio,vti latius altera quæſtione dixero,& in ſpecie de aſſaſsino loquẽs poſt Boſsi.ſenſit Gutier. in prac.qq.li.3.q. 7.n.21.ad mediũ. Farina.d.q. 86. ad med.
163 Et indiciũ omne,duobus probãdũ eſt teſtib. Bar.in l.fin.n. 7. ff. de queſ.ab omnibus receptũ ſcripſit Maſcar.de probat.to.1.cõclu. 497.n.17. Neq. † placet Portoleſij excuſatio iure declarari potuiſ-
164 ſe,quaſi in his videatur regnis hanc ſibi regẽ catholicũ prærogatuã pręſcripſiſſe,quæ publico bono,vt facinoroſi ſpe delinquẽtes immunitatis,coerceãtur,inducta ſit & ſufficiat conſuetudinẽ, etſi minime immemorialẽ,ſic annisquibuſdã † interpretatã,quę leges & hominũ diſpoſitiones declarat Panor. c.fin.n.16. de conſue. Iaſ. cõſ.46.li.1.Craue.cõſ.201.n.12.& qui multos Ludo.de Moli.de Hiſpa.primo.lib.1.c.5.n.39.& alios adiũgit Gutier.li.3.prac.q.q.62.n.
165 26.& 27. † Nõ enim regia ſolũ apud nos vtũtur:ſed & apoſtolica iuriſdictione cãcellarij,quibus a Gothorũ fere tẽporibꝰ,vſq.adhæc noſtra incũbit munus immunit.eccle. iura diſcernere & iudicare:
166 quieo grauius cũ adminiſtri ſiut apoſtolici iura lædẽtes eccleſiarũ reprehẽſione digni videntur. Neq.vlla aduerſus eccleſiarũ libertatẽ &iura,maxime intertij præiudiciũ pręſcriptio poſsit tollerari
Animaduertione dignũ magis,vt cũ immunitatis ius eccleſia reis
167 cõſugientibus largitur abſq. eiuſdẽ eccleſiæ & Rom Põti.diſpenſatione nullo regũ imperio auferri poteſt,vt & innuit aperte motus proprius Grego. xiiij.cuius meminit Gutier.li.3.pract.q.q. 1. n.3[illegible].exiſtimẽ igitur delictũ,quo immunitas amittitur eccleſię nõ ſemi tantũ:ſed plena indigere probatione,quæ lucidius opinio ex his quæ mox ſequẽti nunc dixerim quęſtione verior iudicabitur.

Secun-

168 Secunda † quæstio. vbi indicijs delictum probatur: num hæc quo ad immunitatis iura amittenda plene probari debeant in suo genere, vt nostri loquuntur, an semi plena indiciorum sufficiat probatio: suo aliquando nec multis ab hinc in hac vrbe mensibus sufficere semiplenam declaratum, ea ducti ratione, quod & semiplena sufficiat, quoad immunitatem amittendam probatio delicti, quo reus non immunitate gaudet ecclesiæ: sed cum impia sit obseruatio iuste damnari potest. Nec tantum tribuendum probationi, quæ ex indicijs fit & coniecturis, vt ordinarie delictorũ: plane si ex his quæ supra altera quæstione scripsi, semiplena probatio non sufficit, qui fieri potest vt quæ coniecturis priuilegiatis & extraordinarijs fit probationibus, & quæ nisi in subsidium admittitur, semiplena tantum ad infringenda ecclesiarum iura, & tertij præiudicium suffi-
169 ciat: vnde cum insidiæ asseruntur vt homicida ecclesiæ immunitate minime perfruatur. Insidiarum sane probatio plenissima esse debet.

170 Superius quoque scripsi altera quęstione in vers. & indicium, duobus quęque indicia probanda esse testibus.

Et in specie Auendaij tract. de exeq. man. reg. 1 par. c. 22. nu. 4. versi. si vero præsumptiue, aperte docuit insidiarum vel proditionis qualitatem, qua quispiam ex homicidio sacram † amittit immunitatem, plenissime fore probandam neque præsumptiones, aut indicia sufficere, Aret. & Cassa. ductus auctoritate, id ipsum repetit num. 7. vbi recte existimat priuilegia immunitatum ecclesijs concessa & in tertij
171 præiudicium pręsumptis, probationibus minime tolli posse, cuius & nos priori quæstione traditionem & argumẽta probamus.

Quarto Farinac. vis certe doctus to. 1. qq. criminal. rub. de inquisition. quæst. 8: nu. 85. in hanc ipsam incidit quæstionem † an assassinus clericus a iudice seculari condemnari posit, vbi de qualitate assassin j minime plene constaret,

ſed indicijs tantum & præſumptionibus. Prius conſtare
172 (inquit) debet de aſſaſinio, quod niſi qualitate probata
iudex ſecularis minime in clericos criminis poſsit ſententiam dicere Io. And. Geminia. Alex. Carreri. Brun. Pla. Monticel. Rolan. quos ille adduxit. Rationem poſt ſubiunxit, quam Auenday. antea ſcripſerat d. ca. & nu. Quia † qualitas. qua cuiquam iuriſdictio defertur prius probanda eſt l. 2. §. ſed ſi dubitetur ff. de iudi. l. ſi quis aliena. eo. l. 1. §. ait prętor. ff. ne quid in flumi. publi. Nam etſi quoad iuriſdictionis exercēdæ rationem id libello ſufficiat eam inſtituere qualitatem, etſi de veritate poſsit dubitari, vt ex Butri. Mil. Lap. Angel. & alijs deduxit. vbi tamen hæc negatur a principio qualitas, ſummarie, plene tamen (ait ille) probari debet, receptamque opinionem hanc ex Alexan. Felin. Aymo. Afflic. & alijs teſtatur: alioquin (ſubdit ille) ſequeretur abſurdum, clericum ex ſola aſſaſſinij accuſatione priuilegium amittere clericale poſſe
173 vbi erudite obſeruationem contrariam aduerſus Cla. & Gramma. improbat, iudices etiam admonet, ne, ab hac, quæ receptior ſit & verior traditio diſcedant.

Quincto Gutier. † lib. 3. pract. qq. q. 7. num. 22. ad med. Boſſ. amplectens traditionem: hęc eadem effert verba, cum de probanda aſſaſsinij agit qualitate & inquit idem Boſsi. in titu. de man. ad homi. nu. 20. quod veritas eſt, vt intelligatur probatum legitime, quando citata parte, & per teſtes idoneos etiam ſunt probata indicia & argu-
174 menta ita probabilia & veriſimilia ſicut requirit tex. in d. c. 1. hæc Gutier.

Sexto, ſextum ſupra modum confert argumentum a me altera adductum quæſtione † ex Anchar. conſ. 408. reſpōdit, ſtatuti qualitates in criminalibus cauſis, plenius fore probandas: etſi ex ficta contumacia delictum vt confeſſum habeatur: Auenday. ſecutus eſt d. ca. 22. num. 6. vbi
175 Zazi. adduxit & illis ſuper addidit Iaſon. Angel. Forlerius
Benedi.

Benedi. Hyppo. de Marsil. & Cathari.

Septimo † in hac ipsa specie respondit Hieronymus Gabriel cons. 170. nu. 26. lib. 1. quem ipse Romæ virum impęse eruditum & summum causarum agnoui patronum: aduersum assassinum minime posse ius dici nisi veris, integris
167 plenisque probationibus assassinij qualitas fuerit explorata: vbi & meminit Anchara. consilij.

Octauo † in eisdem terminis respondit Gramma. cons. 1. nu. 36 assassinii qualitatem integre, pleneque fore probandam, quia in ea specie & casu (sicuti in hac) ageretur de tribuenda laico iudici iurisdict one in clericum, quę nisi plenissime probetur ecclesiasticum iudicem minime
177 ab ea quæ illi in clericos datur spoliat iurisdictone.

Nono † in hac specie & casu idipsum respondit Deci. consil. 13. col. 2. Merend. consil. 88. num. 7. 2 vol. consilior. crimini sequitur Riminal. iun. 685. nume. 9. lib. 6. atq; huic innittuntur rationi nusquam qualitatem, qua ab ecclesiasticis iudicibus in laicos transfertur iurisdictio summatim indicijs & pręsumptionibus recte, nisi plena officere ecclesię probatione. Ex his igitur inficiari nequit insidiarum & proditionis, homicidij qualitatem cum de tertij agitur pręiudicio, & ecclesiæ, cui immunitatis libertas qualitate illa adimitur plenissime fore probandam. Quis igitur posthac ausit contrariam aduersum ecclesiam
178 Tertium & receptissimas traditiones iudicare.

Ceterum † scriptum reliquit Portolesi. sup. nu. 17. delictum non perfectum, attentatum tantum non efficere, vt facile sic frustretur immunitate confugiens, quod in grauioribus conatus minime puniatur, nisi vt Bald. dixit, conatus pars sit eiusdem delicti, Anna. in capit. 1. de homici in 6. Cassane. ad consueti Burgun. rubric. 1. §. 5. verbo sina grace. numero 68. Auenday. d. cap. 22. numero
179 81 & licet in † ceteris delictis fateri posset; in assassinio tamen aliud iudicandum, in quo prætextu tanti

 criminis,

criminis, fœditatis, & audaciæ conatus non secuto punitur effectu. d. cap. 1. de homi. in verbis quanquam ex hoc mors forsitan non sequatur. Cuius verbis indiscriminatim interpretes assassinij affectum & conatum mortis pœna damnari censuerunt, sicuti Di. Ang. Corne. Clari. Gram. Afflic. & aliorum scripsit auctoritate Gutier. in pract. qq. lib. 3. q. 7. nu. 26. Et licet Gutier. in terminis quo ad immunitatis libertatem amittendam quid censerit, omisit: in eadem tanen specie Placa epito. dilecto. cap. 17. nu. 24. & sequen. id aperte docuit secutus fuit, Placam. Farina. in qq. erim. tomo 1. titulo de carcera. quæst. 28. numero 27.

180 Tertia. nunc † noua agitanda quæstio est, an posit a iudicibus semel captus. Laicis in ecclesia laicus, ab eadem repetitus, immunitati post a se aduersus regios iudices productæ renunciare: quę non multis ab hinc mensibus in hac vrbe contingit: videretur non posse: quoniam ius ecclesię quęsitum fuit, & illius libertati & iuribus minime
181 potuit reus renunciaie: etsi enim † (quod notabile est) posit quisque iuri suo renunciare. Ceterum vbi actus non solum renunciantis fauore inductus est: sed & alterius nequit renuncians renunciare, Bald. Salice. Castr. vbi post Ias. nu. 14. in l. penul. Co. de pact. decidit Surd. decisi. 194. nu. 35. immunitas autem, ecclesiarum ergo inducta. est non confugientis tantum: atque ideo illi renuuciari non potest.

182 Immiunitas porro ecclesiarũ siue iuris sit diuini, naturalis vel canonici vt secundo tradidi anteludio, nullo regum imperio tolli aut minui potest. Remi Decian. Gutier. & alij quos eodem anteludio nu. 18. & 19. adduxi †. Solis enim
283 pontificibus pertinet ecclesiarum cultum, decus, iura & leges discernere, Oldrad. Cardin. Vitalli. Panor. Alex. Cassa Bellu. Alciat. Molin. & Dida. quos illic etiam num. 17 congessi. Absurdum igitur videret, vt quæ ab eccle-

sia

sia orthodoxa, & illius sanctissimis patribus statuta sunt immunitatis iura, solius confugientis tolli renunciatione possent.

Sed † nec potest quisquam suis contractibus vel testa-
184 mento efficere, ne leges, aut canonicę pontificum sanctiones in eis locum habeant ad tex in l. nemo potest vbi innumeris id ipsum exemplis ostendunt interpretes de lega. 1.

Quarto, † idque fortius, quod existiment omnes im-
185 munitatis iura ecclesijs: non personis fuisse tributa vti ex Roma. Mendosi. Visc. Remi. Dia. de Luco, Clar. & Farina. scripsi sup. casu 22. nu. vers. tertio immunitatis iura.

Aduersa † placet etque verior est: non enim principa-
186 liter ecclesiarum intuitu concessa immunitatum iura fuere: sed personarum sacrarum quærentium subterfugium ecclesiarum: sic factum, vt voluntarie captus in ecclesia & abductus si nolit ecclesiæ restitutionem postulare, possit iudicis secularis sententiam, pœnasque subire: non enim volenti iniuria infertur, & † nisi vim fieri in templis iura in-
187 terdicant canonica cap. inter alia. verbis non est violenter ab ecclesia extrahendus. de immun. ecclesiar. quæ volenti non infertur. ca. scienti. de reg. iu. & cano. frater. in verbo reluctuntem 17. q. 4. ca. id instituimus in verbis vt ab ecclesię atrijs, vel domo episcopi reos abstrahere omnino non liceat. cap. diffiniunt. verbis vel residentes inde abstrahere ea. cau. & quęst. & apette in can. reum. ea. quęst. reum inquit ad ecclesiam fugientem nemo abstrahere audeat &c. Si quisquam igitur volens exeat neque ecclesię operculo, & illius gaudere immunitate velit, & sese abduci patiatur, minime ab acclesia vindicabitur. Vndæ præsentiens Remigius dubitationem hanc tract. de immuni. ecclesia. fallen. 12. ad finem. † Hæc effert verba: licet
188 fugiens ad ecclesiam non debeat inuitus extrahi: tamed si voluntarie velit exire, potest extrahi etiam contradicenti-

bus ministris ecclesiasticis, cum talis fugiens per hoc renunciet priuilegio, quod licitum est, cap vxor. 17.q.4. dicitur, quod sola violentia punitur, vt supra dictum est. Hæc remigi.

189 Ceterum quæ † nos aduersando adduximus non oberint, ecclesijs immunitatis iura concessa fuere reis volentibus, quod si illius nolint perfrui libertate, nec eos ecclesiæ defendet, qui sponte sese abduci permittant, & templorum immunitatem spernant.

Sane etsi ecclesijs immunitas concessa sit, non personis: velentibus tamen, non reluctantibus lemma intelligendum est, neque cogit ecclesia: sed allicit & inuitat.

190 Quarto † quæritur an is, qui duo admisit delicta alterum, quo immunitate non gaudet: alterum quo ecclesiæ libertem potest acclamare: vtrum possit ab ecclesia iuste abduci & puniri ex eo crimine, quo ecclesiæ immunitatem amisit. Huius quæstionis non minima vtilitas est: quoniam puniri ex illo crimine poterit, & executione acta ad ecclesiam reducis: & Non abduci posse videbatur: quod ecclesia. eum tueri debeat ex eo crimine, quo ecclesiæ immunitate gaudet, & cum semel illius subterfugium susceperit, nequit ab ecclesia reus diuelli. Quam olim opinionem Io. de Vis. defendere visus est tract de immunit. ecclesia. nu. 64.

191 Aduersam tenuere allij, & † recte, sententiam: impium enim foret, & ab omni relligionis cultu alienum, vt eos ecclesia defenderet, qui illius nequeunt immunitate gaudere. Porro cum delicta suas pænas habeant, & diuersorum, multa diuersa sit, fieri non potest vt alterius criminis, cuius ecclesia non immunitatem concedit, reus libertatem consequatur, sic olim arrestis Galliæ decissum refert Aufred. decisio. Tolosa. 422. Nico. Boeri. decisio. 110. nume. 10. & 11. Remigi. tract. de immunit. ecclesi. fallen.

fallen. 11. ad medium. Et apud Lusitanos Gam. decis. 52. nu. 1. & 2. vbi Add. ad eam. alios adfert.

192 Intellexit † Boer. & Remi. post eum dicto fallen. nisi criminis reus, quo ecclesiæ frusctratur immunitate, punitus illo fuisset tunc sane extrahi ab ecclesia non posset non enim de illius nunc: sed alterius agitur multa, cuius ecclesię gaudet immunitate: id ipsum Flore. ad dictam decisio. 52. vbi Decian. Dida & alios quosdam adduxit, & nouissime Gutier. lib. 3. pract. quæst. q. 1 num. 18. ad fin. Azebed. in l. 3. nume. 27. titulo 2. lib. 1. Igitur abduci ab ecclesia reus poterit & puniri, post ad ecclesiam reduci;
193 arg. tex. in l. si cui crimen. §. fin. de accusatio. quo † illud proditum minime iudicem vnum alteri petenti iudici dimittere, reum teneri, cum is & in suo delinquit territorio, nisi ab his prius multatum criminibus, quæ in suo admisit. Et nos ipsi id idem censiuimus, aliter, atque aliter declarantes post Bossi. Clar. Farina. & alios tract. de brachio secula. ecclesi. præs. libro 3. cap. 48. a numer. 1. cum sequen.

194 Quincto † quæritur, an qui sese simul ad rixam prouocauerint & duellum indixerint, immunitate gaudeant: nec defuere ex huius vrbis nostratibus aduocatis existi-
195 mantes, gaudere, quod animus præneditatus, † si insidię desint, aut proditio minime occidentem sacra spoliet immunitate ex ea, quæ hucusque etsi nō iure obseruata praxi. sicut principio dixi huius cap. nu. 1. 2. 3. & 4. Id ipsum verum esse opinantur ex nouissimo Grego. XIIII. decreto, & motu proprio, cuius meminit Gutier. in pract. quęst.
196 q. 1. numero 36. dum ex eo † putant Gregorum statuisse homicidas nisi proditorios vel insidiosos immunitatis libertate gaudere: etsi præmeditati animi affectu quēquam occidant, quod receptissime refragatur traditioni & classi quadraginta interpretum iuris, quos illic coceruaui n. 17.

Verum hæc opinio impia, piorum aures offendit, & mentem

mentem perturbat: † quis enim dixerit excommunicatos,
197 & ab ecclesia deiectos: quibus sacro sepultura loco interdicitur.cap.19.de reform sessi.25.eos ecclesię posse perfrui immunitate, quos nolit mortuos intra ecclesiam vel coemeteriam sepeliri. Quod si mortuos ecclesia a sacro loco depellit, & exhumari iubet, quis viuos illius subterfugio gaudere affirmet.

Nec verisimile voluisse sanctissimum pontificem suo motu (quando non id dixit) proprio ad immunitatem reos ecclesiæ recipere. Nec vno itidem verbo sanctissimam sacri consilij mentem & dispositionem sustulisse: l. si quando. C. de ino. testa. Neque † (salua semper in omnibus S. sedis
198 auctoritate dixerim) existimē motū propriū eos includere voluisse homicidas, qui pręmeditato animo, etsi nō insidijs aut proditorie, quemquā interficerint: etsi enim opinio illa aliquādo apud veteres, etsi paucos inualuerit: post tamen qui rectius censuerunt viri ex nostris grauissimi veteres & neoterici aliud docuerūt, quos ipse vt modo dixi, ad quadraginta recensui numerum classe illa principio huius c. n. 17. Hec de publicis intelligenda solemnibus quibus patroni vtrinque aderant, locus & arma cōuenta, in quę sacrum inuehit consilium tridentinum.

Neque aliud opinor cum duo simul decertantes sese certo in loco ad duellum prouocarent, & alterum vnus: occideret, nam animus occidendi pręmeditatus adest, quo si veriorem sequimur sententiam, & receptā, solus sufficit vt quis ecclesię immunitatem amittat, Et licet Bouadil. d. c. 14. num. 39. & 40. aliud iudicatum fuisse scripserit cum is
199 & receptiorē sustineat quem aliorum albo ascripsi. d. c. nu. 17. aliud illum opinatum, quamquam arresti auctoritate ductus nihil dixerit) persuasum habeo.

200 Id ipsum † existimauerim (quod sæpius contingit) cum se duo simul querunt interficere: neque enim hos immunitate gaudere putem, quod vterque vno, & eodem, quo

ecclesię amittitur immunitas malo præmeditati laborant animi. Neque † motus ille oberit proprius non rectę perceptus. quoniã cum ex proemio, finalis causa conditoris agnoscatur, l. fin. cum sim. de her. instit. motus autem proprij causę cum ex proemio: tum ex multis illius verbis, abusibus fuerit obuiare principium a-liorumque iudicum, quibus priuilegiis sedis apostolicę concessum fuerat ab ecclesiis abducere, & punire, qui eo audatiores effecti, & indultis abutendo apostolicis, licentiosius in reos animad, tendo, eos ab ecclesiis extra concessos abducebant casus, statuit-certamque formulam, qua vterentur suo præscripsit decreto: sic decretum nihil immutauit ex his, quæ iuræ canonico statuta fuerant antea: atque ita & rectius intellexit Gutier. prolixius declarãs Gregorij XIIII. proprium motum lib. 3. pract. quæst. q. 1. nu. 36 vsque ad quęstionis illius finẽ, cuius cum vera opinio sit amplexanda est, atque eo magis, vt homicidiorum detestanda frequentia paulatim reprimatur: neue aliud in hoc principatu obser tur in quo tot hominum cædes & strages indies admittuntur: quam in aliis regnis, quæ solam animi præmeditati qualitatem spectantes homicidam ecclesiæ libertate iudicant spoliari, sicut Clar. d. §. 30. nu. 12. Dida. Papien. & alij testantur.

LAVS DEO.



INDEX

INDEX NOTABILIVM QVAE IN HOC OPVS-culo de sacra immunitate ecclesię,&c. continentur: primus numerum, secundus Folium.

A.



Anchar

sed

Cano

D.

E.

Ius

Occidens

S.

S.

T.

V.

FINIS.

